



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Stella Benedictina Sive Regula Sanctissimi Patris Nostri
Benedicti**

Meyenschein, Benedikt

Hildesii, 1725

VD18 10311831

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65028)



Th. 5006.


A
V
M


M. ~~24 26 28 30~~

A. ~~29 30 21 20~~

S. ~~21 14 17 23~~

J. ~~20 21 22 23~~





Handwritten text, possibly a date or number, appearing as a faint, dark smudge.

Handwritten text, possibly a name or title, appearing as a faint, dark smudge.

~~STELLA BENEDICTINA~~
SIVE
REGULA
SANCTISSIMI PATRIS NOSTRI
BENEDICTI,

IN GRATIAM
TYRONUM RELIGIOSORUM
BREVIORE COMMENTARIO

Coll. Societ. Jesu ILLUSTRATA *Paderb.*
PER

R. P. BENED. MEYENSCHNEIN
professum Ringelheimensem, ac p. t.
Ss. Theologiae Lectorem

ANNO, QUO
In bello M pro te BVrsfeldia st
ILes are
Gestit, & host Iras astVsqVe fVg

CUM PERMISSU & APPROBAT. SUPERIORUM.

HILDESII,
Typis WILH. THEODORI SCHLEGEL,
Elect. & Sum. Cap. Typogr.
anno 1725.

fratres: sitis faCtores Verbi,
& non aVDitores tantVM,
faLLentes Vos Ipsos.

Fac. 1.

Etenim

non aVDitores, seD faCtores
Verbi IVstifIcant Vr
à Deo.

Rom. 2.

REVERENDISSIMO
CELSISSIMO QUAE
DOMINO

D. CAROLO

SAC. ROM. IMP.

PRINCIPI,

LIBERÆ & IMPERIALIS
ECCLESIAE CORBEJENSIS

PRÆSULI & ABBATI

DIGNISSIMO,

DOMINO SUO GRATIOSISSI-
MO &c.

Concupitum crebrò Commen-
tarium compendiosum Can-
didatis Claustralibus communica-
turus, circumspiciendum cum pri-

) (2

mis

mis censui, cuiusnam cura concre-
derem certius, cuius custodia com-
mitterem confidentius, cuius clien-
tela convenientius commenda-
rem. Commodum circumspexi,
cum conspicuo collustratus cha-
racterè continuo comparuisti CEL-
SISIME CLEMENTISIMEQ; CA-
ROLE, certam certo certius col-
laturus clientelam, certoque con-
tra criticos Cavillatores clypeo
Commentarium contecturus. Ca-
cat, confiteor, conturbatque codi-
cillum consecrandum CELSI-
TUDINIS claritas; Consolatur
contra civilis comitas, congenita
cohortatur Clementia, confortat
corroboratque consummatissima
citra controversiam charitas.
Considerarunt charitatem com-
men-

re-
om-
ien-
da-
xi,
ha-
EL-
CA-
col-
on-
pco
Ca-
odi-
SI-
tur
ita
tat
ma
as.
m-
en-

mendabilem confines; Christiana-
naque Communitatis Curatorem
CAROLUM certatim coopta-
runt. Conspexere Clementiam,
circumspectis condecoratam con-
siliis, cum civibus coloni; Condi-
gnumque comprobaverunt Cancellaria
Corbejensis columnen. Cognov-
ere cum primis charitatem, cog-
novere Clementiam, cognovere
civilem circumspectamque CA-
ROLI conversationem Capitula-
res Corbejenses; Collatoque con-
festim consilio Celsissimum Cor-
beja Caput concordie calculo con-
stituerunt, creaverunt, confirmaverunt.
Cimmeriam certe circumfusis cre-
dar caligine, cum cognitam com-
pertamque ceteris Clementiam
conspicere, conspectamque confi-
den-

denter complecti cessaverō. Cru-
delis certè cognominabor cuculus,
cùm charitatis CAROLINÆ
centies commonstrata charismata
competenter celebrandi cupidine
conaminèque carnero. Coarguar
certè ceu Constitutionum civilium
contemptor, cùm cœptum consum-
matumque Corbeja Commenta-
rium Celsissimo Clementissimòque
Capiti Corbejensi consecrare con-
tempsero. Causam capis CEL-
SISSIME, cur codicillus comme-
moratus clientele CAROLINÆ
commendari consultò cupiat, cur
consecrari compellatur. Capesse
consequenter, capesse consecratum,
custodi commissum, conserva com-
mendatum: Complectere clien-
tem charitate consuetâ: Commu-
nato

nito codicillum clementiã cõgen-
tã, contra canes conviciosos, cor-
rodere cuneta connitentes. Cate-
rum connitatur, cui collibuerit
calcitrare contra calcar, conten-
dere contra cuspidem: cadet cer-
tè, cùm continget. Conspexit
Corbeja compluries **CAROLUM**
confictas confringentem calu-
mnia, Cercopæa confutantem con-
filia, cassosque calophantarum co-
natus comprimentem. Consimili,
credite, conditione caninos cujus-
modicunque cavillos corripiet,
correptos castigabit, castigatos con-
vellet **CAROLINA CELSI-
TUDO**: Cui Calorum conditor,
charorum conservator, clemen-
tium custos, constantem concedat
corporis constitutionem, confer-

tis-

zissimum cornucopia, caelestémque
(eùm certamen certaverit, cur-
sum consummaverit) eum Chri-
sti contubernio Coronam.

Ità vovet, ità precatur

CELSITUDINIS SUÆ

Servus & cliens infimus

F. B. M.

PRÆ-

PRÆFATIO

Quod sanctissimum Legislatorem nostrum cap. 66. permovit, vellet ut sancitam à se Regulam sapius in Congregatione legi; idem & mihi, cum in liberâ & Imperiali Abbatia Corbejensi Magisterii munus aggrederer, incitamento fuit, ut brevi hoc Commentario eandem conarer illustrare: Nequis videlicet Fratrum de ignorantia se excuset. Nimirum & frustra legitur, quod non intelligitur, & periculosè admodum vovetur Conversio morum atque obedientia secundum Regulam S. P. N. BENEDICTI, nisi latens in verbis Regulæ sensus ac significatio pernoscat. Novi equidem ac pernovi, plures jamdudum in Regulam hanc nostram prodiisse Commentarios; Sed hi terrent prolixitate, illi confundunt obscuritate & inordinatione; plerique sat multa Tyronibus cum primis

primis utilia, nè dicam necessaria,
passim prætereunt. His omnibus
igitur malis utcunque occursurus, po-
sui initio partem Regulae secundum
distributionem Bursfeldensem, signa-
tis hîc & illic syllabarum quantitati-
bus, in quibus Tyrones nonnullos
hallucinari animadverti. Subjeci
continuo brevem quandam tum sen-
suum, tum etiam verborum expla-
nationem pro rudiorum captu, quam-
vis fortè ad nauseam doctiorum; no-
tans insimul contra Mastiges quos-
dam legitimam ubique citationem,
cum probâ satis atque adeo elegante
passim latinitate: nec minus appa-
rentes in Sacra Regula antilogias
aut depellens, aut concilians. Inse-
rui etiam, præsertim cap. 4. 5. 7. 33.
& 58. quantum judicavi satis, de ma-
teriâ obligationis Religiosæ. Adjeci
denique in fine, singulorum Capitum
indicem pariter ac synopsis Leonii-
nam ad excitandam firmandamque
junio.

juniorum memoriam; brevitati per
omnia studens ac perspicuæ claritati.
Quâ in re siquid vel à rei veritate,
vel à mente Sanctissimi Patris nostri
alienum irrepserit, censoris unguem
non modò non refugio, sed & im-
pensè requiro. Siquid autem vel
utilitatis vel commoditatis hac ope-
râ meâ præstitisse videor, mercedis
loco pium aliquod pro me pec-
catore ad Deum suspirium
exspecto expetoque

F. B. M.

APPRO-

APPROBATIO ORDINIS.

Libellum, cui titulus: STELLA
BENEDICTINA, à R. P. BE-
NEDICTO MEYENSCHWEIN Ord. S. Be-
nedicti professo in Ringelheimb Con-
gregationis Cassino - Bursfeldensis
compositum, à quibusdam ex Ordine
nostro ad hoc deputatis lectum, exa-
minatum & approbatum, typis man-
dari posse, tenore presentium facul-
tatem auctoritate Ordinis concedi-
mus. In fidem hisce manu nostrâ
subscriptis consuetum Sigillum appo-
ni iussimus. Actum Paderborne
1725. 11. Februarii.

PANTALEON

Episcopus Thyatirenus,
S. Congr. Cassino-Burs-
feldensis Præses princi-
palis, Abbas in Abding-
hoff. mpr.

L. S.



I. JAN. 2. MAJI. I. SEPTEMBR.

Incipit Prologus in Regulam Ss. Patris nostri BENEDICTI.

Ausculta *a* o fili praecepta Ma-
gistri *b*, & inclina aurem cor-
dis tui *c*, & admonitionem pii
Patris libenter excipe, & efficaciter com-
ple, ut ad eum *d* per obedientiae labo-
rem redeas, à quo per inobedientiae de-
fidiam recesseras *e*. Ad te ergo nunc
meus sermo dirigitur, quisquis abrenun-
cians *f* propriis voluntatibus *g*, Domi-
no Christo vero Regi militaturus *h*, obe-
dientiae fortissima atque praeclara arma *i*
assumis. Imprimis, ut quidquid agen-
dum inchoas bonum, ab eo perfici instan-
tissimam oratione deposcas; ut, qui nos
jam in filiorum dignatus est numero
computare, non debeat aliquando de
malis actibus nostris contristari. Ita
enim ei omni tempore de bonis suis / in
A nobis

nobis parendum est, ut non solum ut iratus Pater non aliquando filios suos exhaeret *m*, sed nec ut metuendus Dominus irritatus malis nostris, ut nequissimos seruos perpetuam tradat ad poenam, qui eum sequi noluerint ad gloriam.

- a) *Id est diligenter attende*
- b) *Putat, caelestis, seu Dei, iuxta Smaragdum & Petrum Damiani dicentes, aliter num esse ab humilitate S. BENEDICTI ut se vocet Magistrum & pium Patrem. Idem contra Perez & alios confirmatur ex conclusione Prologi: ut ab ipsius Magisterio, &c.*
- c) *Id est, promptum te & avidum praebe discendum & obediendum. Ex Origene Hom. 9. in Joannem.*
- d) *Scilicet Deum.*
- e) *Intellige, in Protoparentibus legi Dei in Paradiso refragantibus; vel etiam per peccata propria.*
- f) *Id est, plenè abdicans vel deponens.*
- g) *Sive propriae voluntatis affectibus.*
- h) *Putat, militiam spirituali sub vexillo Crucis contra Sathanam & asseclas ejus.*

Qui

i) *Quia Vir obediens loquetur victorias,*
Proverb. 21.

l) *Id est, quantum ad bona seu gratias Di-*
vinas nobis ab illo concessas.

m) *Idest, privet hæreditate gloriae cælestis.*

2. JAN. 3. MAJI. 2. SEPTEMB.

Exurgamus ergo tandem aliquando,
excitante nos Scripturâ ac dicente *a*:
Hora *b* est jam nos de fomno *c* surge-
re. Et apertis oculis nostris *d* ad Deï-
ficum *e* lumen, attónitis auribus audia-
mus, Divina quotidie clamans quid nos
admoneat vox, dicens *f*: Hodie si vo-
cem ejus audiêritis, nolite obdurare cor-
da vestra. Et iterum *g*: Qui habet au-
res audiendi, audiat, quid Spiritus *h*
dicat Ecclesiis *i*. Et quid dicit? Venite
filii, audite me, timorem Domini doce-
bo vos *l*. Currite *m*, dum lumen vi-
tæ habetis *n*, nè tenebræ mortis vos
comprehendant

a) *Rom. 13.*

b) *Sive tempus est, ut surgamus.*

c) *Subintellige, teporis aut vitiorrum.*

A 2

d) *Nora*

- d) *Non corporis, sed animi.*
 e) *Idem, quod Divinum seu Divinae naturae consortes faciens.*
 f) *Per os Davidis Psalm. 94.*
 g) *Apoc. 2. & 3. Vocem verò audiendi (id est, ad audiendum promptas) adjecit S. P. ex Matthæo, &c.*
 h) *Subaudi, Sanctus.*
 i) *Hoc est, membrum Ecclesiae, vel Congregationibus fidelium.*
 l) *Ex Psalm. 33.*
 m) *Vulgata Joann. 12. legit ambulate pro quo S. P. rectè substituit currite; ubi enim Christianorum est ambulare viam mandatorum & consiliorum Dei, ibi Religiosorum est currere.*
 n) *Id est, quamdiu habetis Christum per gratiam.*

3. JAN. 4. MAJI. 3. SEPTEMB.

Et quærens Dominus in multitudinem populi, cui hæc clamat, operarium suum, iterum dicit a: *Quis est homo qui vult vitam, & cupit videre dies bonos? Quod si tu audiens respondeas: Ego dicit tibi Deus: si vis habere veram &*
 per

perpetuam vitam, pròhibe linguam tuam à malo, & labia tua nè loquantur dolum. Diverte à malo, & fac bonum; inquire pacem, & persequere eam *b*. Et cùm hæc feceritis, oculi mei super vos, & aures meæ ad preces vestras *c*. Et antequam me invocetis, dicam: ecce adsum. Quid dulcius nobis hac voce Domini invitantis nos Fratres charissimi? Ecce pietate *d* suâ demonstrat nobis Dominus viam vitæ. Succinctis ergo fide *e* & observantiâ bonorum actuum lumbis nostris, & calceatis pedibus *f* in præparationem Evangelii pacis *g*, per ducatum *h* Evangelii pergamus itinera ejus, ut mereamur eum, qui nos vocavit, in regno suo videre. In cujus regni tabernaculo si volumus habitare, nisi illuc bonis actibus curratur, minimè pervenitur.

a) *Psalm. 33.*

b) *Id est, cura, ut habeas & constanter teneas pacem; cum Deo nimirum ac proximo, & tecum ipso, nihil agendo contra Deum, nihil contra proximum, nihil contra propriam conscientiam.*

- c) *Haecenus pleraque ex Psalm. cit. Sequentia verò applicata sunt ex cap. 58. Isaia.*
- d) *Seu bonitate.*
- e) *Pulchra allusio ad verba illa Isaia de Christo: Et erit iustitia cingulum lumborum ejus, & fides cinctorium renum ejus. Conjungit verò S. P. fidem & observantiam bonorum actuum, quia fides sinè operibus mortua est, & opera sinè fide vacua. Ità Smaragdus Abbas híc.*
- f) *Ex Apostolo ad Ephes. 6. Porrò calceamenta, utpote quæ fiunt ex pellibus mortuorum animalium, mysticè significant memoriam mortis, ex S. Hilario; mortificationem, ex Nyssæno; exempla Patrum jam defunctorum, ex S. Anselmo & Ruperto: pedes verò affectus animi, ex iisdem.*
- g) *Id est, juxta S. Chrysof. Theophylact. &c. Pro habendâ majori promptitudine & alacritate animi ad observantiam & prædicationem Evangelii, pacem secum ferentis.*
- h) *Sive secundum ductum ac directionem; hanc enim præter ductum importat ducatus, ex Varrone.*

4. JAN. 5. MAJI. 4. SEPTEMB.

Sed interrogemus cum Prophetâ *a* Dominum, dicentes ei: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo *b*, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Post hanc interrogationem, Fratres, audiamus Dominum respondentem, & ostendentem nobis viam ipsius tabernaculi, ac dicentem: Qui ingreditur sinè maculâ *c*, & operatur justitiam; qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in linguâ suâ; qui non fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit *d* adversus proximum suum; qui malignum diabolum, aliqua suadentem sibi, cum ipsâ suafione suâ à conspectibus cordis sui respuens *e* deduxit ad nihilum, & parvulos *f* cogitatus ejus tenuit *g*, & allisit, ad Christum. *h*

a) Davide, Psalm. 14.

b) Intellige, cœlesti.

c) Id est, qui vitam transigit sinè maculâ peccati.

d) Hoc est, non acceptavit, non approbavit.

dum audiit; vel, ut habetur in Hebraico & Chaldaico, non sustinuit fieri contra proximum.

- e) Id est, à corde penitus repellens, nec volens quidem aspicere aut attendere.
- f) Id est, primos motus ac suggestiones à diabolo immissas.
- g) Hoc est, continuit, nè ultra procederent.
- h) Allusio ad verba Psalmi 136. Beatus, qui tenebit & allidet parvulos tuos ad petram.

5. JAN. 6. MAJI. 5. SEPTEMB.

Qui timentes Dominum, de bonâ observantiâ suâ non se reddunt elatos; sed ipsa in se a bona non à se b posse c, sed à Domino fieri existimantes, operantem in se Dominum magnificent d, illud cum Prophetâ e dicentes: Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Sicut nec Paulus Apostolus de prædicatione suâ sibi aliquid imputavit, dicens f: Gratiâ Dei sum id, quod sum. Et iterum ipse dicit g: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Unde h & Dominus, in Evangelio i ait: Qui au-
dit

dit verba mea hæc, & facit ea, similabo eum viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram: venerunt flumina, flaverunt venti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit; fundata enim erat supra petram. Hæc complens / Dominus expectat quotidie, his suis sanctis monitis *m* factis nos respondere debere.

- a) *Subintellige, habita vel comperta.*
- b) *Id est, ex propriis viribus naturæ.*
- c) *Subintellige ex membro sequenti, fieri.*
- d) *Id est, magni faciunt, benedicunt, glorificant.*
- e) *Davide, Psalm. 113.*
- f) *1 Cor. 15.*
- g) *1 Cor. 1. & 2 Cor. 10.*
- h) *Particula ista causalis non cadit præcisè super lectionem præsentem, sed super omnia bona in præcedentibus enumerata.*
- i) *Matth. 7.*
- l) *Id est, hoc modo finiens responsionem suam de habitatore tabernaculi cælestis.*
- m) *Priora verba sunt in dativo, factis in ablativo: & sensus est, ut sic reipsâ agamus, sicut ille sanctè monuit.*

6. JAN. 7. MAJI. 6. SEPTEMB.

Ideo nobis propter emendationem malorum, hujus vitæ dies ad inducias relaxantur, dicente Apostolo *b*: An nescis, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Nam pius Dominus dicit *c*: Nolo mortem peccatoris; sed ut convertatur, & vivat. Cùm ergo interrogassemus Dominum, Fratres, de habitatore tabernaculi ejus, audivimus habitandi *d* præceptum: Sed si compleamus habitatoris *e* officium, erimus hæredes regni cœlorum. Ergo præparanda sunt corda nostra & corpora, sanctæ præceptorum obedientiæ militatura: & quod minus *f* habet in nobis natura possibile, rogemus Dominum, ut gratiæ suæ jubeat nobis adjutorium ministrare *g*. Et si fugientes gehennæ pœnas ad vitam perpetuam volumus pervenire, dum adhuc vacat *h*, & in hoc corpore fumus, & hæc omnia per hanc lucis viam *i* vacat *l* implere, currendum *m* & agendum est modò, quod in perpetuum nobis expediat.

a) Id

- a) *Id est, prolongantur.*
 b) *Rom. 2.*
 c) *Apud Ezechielem cap. 33.*
 d) *Id est, quid agere debeat, qui ibi vult habitare.*
 e) *Id est, habitare ibi volentis.*
 f) *Eleganter pro non, vel non satis.*
 g) *Alii legunt, ministrari, alii adjutorio ministrari, subintellige, illud, quod natura nostra ex viribus suis non habet possibile.*
 h) *Vel tempus est.*
 i) *Id est, vitam.*
 l) *Hoc est, licet vel possumus.*
 m) *Bonis nimirum actibus, ut supradictum, vel in stadio perfectionis.*

7. JAN. 8. MAJI. 7. SEPTEMB.

Constituenda est ergo à nobis Domini Schola *servitii a*; in qua institutione nihil asperum, nihilque grave nos constituturos speramus. Sed & si quid paululum restrictius *b*, dictante æquitatis ratione, propter emendationem vitiorum & conservationem charitatis processerit *c*, non illico *d* pavore perterritus

ritus, refugias vitam salutis, quæ non est nisi angusto initio accipienda e: processu verò conversationis & fidei f, dilatato g corde, inenarrabili dilectionis dulcedine curritur via mandatorum Dei, ut ab ipsius h magisterio nunquam discedentes, in ejus doctrinâ usque ad mortem in Monasterio perseverantes, passionibus Christi per patientiam participemur i, ut & regni ejus mereamur esse consortes. l

a) Scholæ hujus supremus Magister est Christus, alter S. BENEDICTUS, tertius Abbas, ac deinde cæteri Superiores: Discipuli sunt Monachi, ac soli quidem Cœnobitæ, ex cap. I. Regulæ: Lectiones sunt variæ: Prima ipsius Regulæ juxta cap. 66. Secunda lectio Divina, seu spiritualis, juxta cap. 48. Tertia lectio mensalis, juxta cap. 38. Quarta lectio collationis, juxta cap. 42. Quinta denique lectio Philosophica & Theologica, ex Decreto Benedicti XII. &c. Lectiones hæ omnes eò collimant, ut rite discamus Domino Deo servire.

b) Id

- b) *Id est severius.*
 c) *Subaudi, hæc institutio.*
 d) *Sive non statim.*
 e) *Vel incipienda.*
 f) *Id est, quò diutius in religioso instituto firmâ cum fide & fiducia in Deum versamur.*
 g) *Id est, hilari.*
 h) *Intellige, Dei.*
 i) *Alia lectio: participemtis, seu participes fiamus.*
 l) *Idem.*

8. JAN. 9. MAJI. 8. SEPTEMB.

Incipit Regula Ss. Patris nostri

B E N E D I C T I.

C A P U T I.

De generibus vel vitâ Monachorum.

Monachorum a quatuor esse genera b, manifestum est. Primum Cœnobitarum c, hoc est Monasteriale, militans sub Regulâ vel d Abbate. Deinde

de secundum genus est Anachoretarum, id est, Eremitarum, horum, qui non conversionis fervore novitio, sed Monasterii *f* probatione diuturnâ didicerunt contra diabolum, multorum solatio *g* jam docti, pugnare; & bene instructi, fraternâ ex acie *h* ad singularem *i* pugnam eremi *l*, securi, jam finè consolatione *m* alterius, solâ manu vel brachio *n* contra vitia carnis vel *o* cogitationum Deo auxiliante sufficiunt pugnare. Tertium verò Monachorum teterimum *p* genus est Sarabaitarum *q*, qui nullâ Regulâ approbati, experientiâ Magistrâ *r* sicut aurum in fornace, sed in plumbi *s* naturam molli, adhuc operibus servantes sæculo fidem, mentiri Deo per tonsuram *t* noscuntur. Qui bini aut terni, aut certè singuli finè Pastore *u*, non Dominicis *x*, sed suis inclusi *y* ovilibus: pro lege eis est desideriorum voluptas; cùm, quidquid putaverint vel elegerint, hoc dicunt sanctum, & quod noluerint, putant non licere. Quartum verò genus est Monachorum, quod nominatur Gyrovagum *z*, qui to-
tâ

tâ vitâ suâ per diversas provincias ternis
aut quaternis *aa* diebus per diversorum
cellas hospitantur, semper vagi & nun-
quam stâbiles, & propriis voluptatibus
& gulæ illecebris servientes, & per omnia
deteriores *bb* Sarabaitis. De quorum
omnium *cc* miserrimâ conversatione
melius est filere, quàm loqui. His er-
go omissis, ad Cœnobitarum *dd* fortis-
simum *ee* genus disponendum, adju-
vante Domino, veniamus.

a) *Nomen Monachus Eugenio Papæ apud
Gratianum sonat idem, quod μόνος ἄχος,
id est, unus tristis. A Concilio Nicæno
Monachus græcè, latinè singularis dici-
tur. Juxta S. August. Hieron. &c. deri-
vatur à μόνος, ac sonat idem, quod unus,
solus, vel solitariam vitam ducens. Ex
quibus Bellarm. infert, propriè Monachos
non esse, nisi eos Religiosos, qui soli vitæ
contemplativæ dant operam.*

b) *Tempore scilic. S. BENEDICTI: ac duo
quidem bonorum & verè talium, duo au-
tem malorum solâ specie talium.*

c) *Vox derivata à κοινός communis, & βίος
vita,* d) τὸ

- d) Tò vel non sumitur disjunctivè, sed copulativè pro et, quod ipsum fit in pluribus aliis locis.
- e) Sic dictorum à verbo ἀναχωρέω secedo, eo quod ab omni humano consortio secedant, ut rerum Divinarum contemplationi liberius vacent: Eremitæ verò à nomine ἔρημος desertum.
- f) Monasterium & Cœnobium ex Cassiano differunt in hoc, quòd prius denotet præcisè habitaculum Monachorum, etiam unius; Cœnobium verò etiam rationem vivendi, idque in communitate plurium: sumuntur tamen passim, sicut & in sacra Regulâ pro eodem.
- g) Id est, auxilio; puta consilio, adhortatione, exemplo, &c.
- h) Intellige, ex communitate Religiosâ, quæ diabolo terribilis est ut castrorum acies ordinata.
- i) Id est, à singulis sive ab unoquoque solo obeundam.
- l) Sive in eremo.
- m) Hoc est, sinè ope.
- n) Id est, soli per vires proprias, non quidem naturæ, sed gratiæ.

o) Par-

- o) Particula vel sumitur iterum copulativè pro et.
- p) Sive deterrimum, id est, pessimum, turpissimum.
- q) Id est, sibi viventium, sic dictorum linguâ Ægyptiacâ, quòd seipso à disciplinâ Cœnobiticâ sequestrarent, & genio suo viverent, ex Cassiano & Isidoro Hispalensi. Alii apud Gazæum derivant ab Hebraico Saravim, quod rebelles significat.
- r) Alii legunt Magistri, intellige in Nominat. plurali.
- s) Alii legunt implumbi, sed malè. Sensus autem est, quod sint apparenter boni ac probi, sicut aurum in fornace probatum ac purificatum; reipsâ verò quasi plumbum molitum, quod statim iterum indurescit, vel, si auro argentove purificando admisceatur, in fumum abire consuevit.
- t) Utpote insigne Religiosorum, quales se tamen opere ipso non exhibent.
- u) Id est, Superiore legitimo.
- x) Subaudi, ovilibus, id est, claustris Deo dicatis.
- y) Subintellige, sunt.

z) Id

z) *Id est, vagans in gyrum, seu circumiens per alia & alia Monasteria: quam ob rem à S. August. Circumcelliones dicuntur.*

aa) *His enim olim finiebatur hospitalitas; & qui diutius morari volebant, ad communia onera astringebantur.*

bb) *Quia non manent stabiliter in cellis suis nec vivunt de proprio labore, ut Sarabaitæ, ac percurrendo diversa loca mala suæ vitæ exemplo plurimos depravant. Ex Turrecrem.*

cc) *Intellige, Gyrovagorum & Sarabaitarum.*

dd) *Ex quibus secundum textum cap. præsentis postmodum generantur Anachoreta seu Eremitæ.*

ee) *Tum quia vis unita fortior, maximè propter mutua subsidia; tum ob participationem bonorum ac gratiarum in Societate; tum denique, quia vita Eremitica periculosior est, neque tot habet occasiones tot virtutum, quot habet Cœnobitica. Ex S. Basilio.*

9. JAN. 10. MAJI. 9. SEPTEMB.

CAPUT II.

Qualis debeat esse Abbas.

Abbas *a*, qui præesse dignus est Monasterio, semper meminisse debet, quod dicitur *b*, & nomen Majoris *c* factis implere. Christi enim vices agere in Monasterio creditur, quando ipsius vocatur prænomine, dicente Apostolo *d*: Accepistis Spiritum adoptionis filiorum *e*, in quo clamamus, Abba Pater. Ideoque Abbas nihil extra *f* præceptum Domini [quod absit] debet aut docere, aut constituere vel jubere: sed jussio ejus vel *g* doctrina fermentum *h* Divinae justitiæ in discipulorum mentibus conspergatur. *i*

a) *Abbas, vel Abba in Nominativo, est vox Hebraica, latinè significans Patrem, ideoque Cœnobii Præfecto bene tribuitur, quia ipsius est gignere Deo filios spirituales, eosdem educare & docere.*

b) *Sive qualis nominetur.*

c) *Sub-*

- c) *Substantivè, estque idem, quod Praefectus seu caput supremum*
- d) *Rom. 8.*
- e) *Id est, filialem [non servilem] Spiritum seu indolem, qualem habent adoptati in filios Dei. Vel etiam Spiritum S. per quem in filios Dei adoptati estis.*
- f) *Adversativè, pro contra.*
- g) *Iterum copulativè pro et.*
- h) *Alii legunt fermento, alii velut fermentum.*
- i) *Pro quo alii legunt conspergat. Nempe sicut fermentum totam massam farinae condit, redditque sapidam; ita spiritualis doctrina Abbatis discipulorum animos.*

IO. JAN. II. MAJI. IO. SEPTEMB.

Memor sit semper Abbas, quia doctrinae suae vel *a* discipulorum obedientiae, utrarumque rerum in tremendo iudicio Dei facienda erit discussio. Sciâtque Abbas, culpae Pastoris incumbere, quidquid in ovibus Paterfamilias utilitatis minus *b* potuerit invenire. Tantùm iterum *c* liber erit, ut, si inquieto vel inobedienti gregi Pastoris fuerit
omnis

omnis diligentia attributa *d*, & morbidis *e* earum actibus universa fuerit cura exhibita, Pastor earum in iudicio Domini absolutus *f* dicat cum Prophetâ *g* Domino: Justitiam tuam non abscondi *h* in corde meo, veritatem tuam & salutare tuum dixi: ipsi autem contemnentes spreverunt me. Et tunc demum inobedientibus curæ suæ ovibus pœna sit eis prævalens *i* ipsa mors.

- a) Iterum copulativè pro et.
- b) Id est, non satis, vel nimis parum.
- c) Pro itaque, vel demum.
- d) Sive impensa.
- e) Id est, vitiosis.
- f) Subintellige, à culpâ.
- g) Davide, Psalm. 39. Posteriores verò sensum S. P. adjecit ex Isaia cap. 10. vel Ezech. 20.
- h) Subintellige, illis vel ab illis.
- i) Hoc est, eas supprimens vel coërcens.

II. JAN. 12. MAJI. II. SEPTEMB.

Ergo cum aliquis suscipit nomen Abbatibus, duplici debet doctrinâ suis præesse

esse discipulis: id est, omnia bona & sancta factis amplius *a* quàm verbis ostendat; & capacibus discipulis mandata Domini verbis proponat, duris verò corde *b* & simplicioribus, factis suis Divina præcepta demonstret. Omnia verò, quæ discipulis docuerit esse contraria, in suis factis indicet non agenda; nè aliis prædicans ipse reprobus inveniatur *c*: ne quando dicat illi Deus peccanti: Quare tu enarras justitias meas *d* & assumis Testamentum meum *e* per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & projecisti sermones meos post te *f*. Et qui in fratris tui oculo festucam videbas, in tuo trabem non vidisti. *g*

a) *Nam verba movent, exempla trahunt.*
Et JESUS cœpit facere & docere.
Actor. I.

b) *Duri corde, hîc dicuntur indociles.*

c) *Ex Apostolo I Cor. 9.*

d) *In præmiandis scil. bonis, & puniendis malis.*

e) *Id est, verba Legis meæ, sive Veteris & Novi Testamenti.*

f) *Id*

f) *Id est, contempstisti. Hucusque ex Psalm.*

49. *Sequentia verò sunt ex Matth. c. 7.*

g) *Id est, qui in fratre seu proximo tuo notabas defectus leviores, in te ipso non advertisti graviora vitia.*

12. JAN. 13. MAJI. 12. SEPTEMB.

Non ab eo persona in Monasterio discernatur; non unus plùs ametur, quàm alius, nisi quem in bonis actibus aut *a* obedientiâ invenerit meliorem. *b* Non præponatur ingenuus *c* ex servitio convertenti *d*, nisi alia rationabilis causa existat. Quòd si ità, justitiâ dictante, Abbati visum fuerit, & *e* de cujuslibet ordine *f* id faciat: Sin aliàs *g*; propria teneant loca *h*: quia, five servus, five liber, omnes in Christo unum sumus, & sub uno Domino æqualem servitutis militiam bajulamus *i*; Quia non est personarum acceptio apud Deum *l*. Solummodo in hac parte apud ipsum discernimur, si meliores aliis *m* in operibus bonis, & humiles inveniamur. Ergo æqualis sit *n* ab eo omnibus charitas; una præbeatur omnibus secundum merita disciplina. *o* TÒ

- a) *tò aut vel sumendum híc denuo est co-
pulative pro et, vel exemplificative pr
nt, vel denique sensus est: in obedienci-
tiâ aut in aliis bonis actibus.*
- b) *Hunc enim rectè plus amari, evincitur
1.] Quia bonum est objectum amoris. 2.]
Quia idem fecere Christus & Sancti inter
ris, idemque facit Dominus Deus ac Beati
in cœlis, ex S. Thom. 2. 2. q. 26. a. 13
3.] Id ipsum videtur exigere ratio justitia.*
- c) *Sive liber,*
- d) *Id est, à servitute venienti ad conversio-
nem seu Monasterium,*
- e) *Et sumitur pro etiam vel tunc,*
- f) *Putatam inter Juniores, quàm Senio-
res, &c.*
- g) *Hoc est, si verò non fuerit visum expedire.*
- h) *Seu ordinem præcedentiæ secundum tem-
pus, quo venere ad Monasterium.*
- i) *Seu ferimus.*
- l) *Ex Apostolo ad Rom. 2. & alibi sæpius.*
- m) *Patet hinc, triplicem à S. P. híc assignari
causam dilectionis majoris erga subditos:
obedientiam videlicet, humilitatem, & alia
bona opera.*
- n) *Vel exhibeatur.*

o) Hoc

est co) Hoc est, omnes aequaliter habeantur seu
 vè pr tractentur.
 dien

13. JAN. 14. MAJI. 13. SEPTEMB.

incit
 is. 2. **I**n doctrinâ namque *a* suâ Abbas Apo-
 inter stolicam debet illam semper formam
 Beat servare, in quâ dicit *b*: Argue, obsecra,
 a. 13 increpa: id est, miscens temporibus tem-
 stitia pora, terroribus blandimenta, durum
 versio Magistri, pium Patris ostendat affectum:
 id est, indisciplinatos *c* & inquietos *d*
 Senio- debet durius arguere, obedientes autem,
 edire & mites, & patientes ut in melius profi-
 tem- ciant, obsecrare; negligentes autem &
 ius. contemnentes ut increpet & corripiat, ad-
 gnari monemus. Neque dissimulet *e* pecca-
 litos: ta delinquentium; sed mox ut *f* cœpe-
 t alia rint oriri, radicitus ea, ut prævalet, am-
 putet *g*, memor periculi Heli Sacerdo-
 Hoc tis de Silo *h*. Et honestiores quidem
 atque intelligibiles *i* animos *l* primâ
 vel secundâ admonitione verbis corri-
 piat; improbos autem & duros *m* ac su-
 perbos vel inobedientes verberum vel
 corporis castigatione in ipso initio pec-
 cati coërceat, sciens scriptum *n*: Stultus

B

ver-

verbis non corrigitur. Et iterum o
Percute filium tuum virgâ, & liberabi
animam ejus à morte. p

- a) *Particula causalis* namque, seu enim
facit connexionem cum verbis: secun-
dùm merita.
- b) *Apostolus 2. Tim. 4.*
- c) *Seu dissolutos, vel, ut ait Boërius, qui
verbis & exemplis corrigi nolunt.*
- d) *Id est, modò huc, modò illuc per claustrum
vagantes. Ex Turrecrem.*
- e) *Id est, non conniveat.*
- f) *Seu quamprimùm.*
- g) *Hoc est, plenè, quantum potest, exstirpet.*
- h) *Id est, mali vel damni, quod evenit Helic
Sacerdoti in Silo, qui cum filiis suis pun-
nitus à Deo est morte & aliis pœnis, eo-
quod sciens illos suffurari primitias omnium
Sacrificii Israël, ac dormire cum mulieribus,
non debitè eos corripuerit, ut legere
est l. 1. Reg. c. 2. 3. & 4. Admonuit qui-
dem eos; sed juxta Ss. Patres nimis serò,
cùm jam essent inveterata peccata; nec
publicè, ut oportebat, cùm essent peccata
publica: Nimis etiam leniter ac famineè
sine*

sinè plagis ac verberibus, quibus castigandi meritò fuissent.

- i) *Activè pro intelligentes, seu prudentes.*
- l) *Id est, homines, qui sunt honestioris animi.*
- m) *Sive obstinatos.*
- n) *Non quidem verbotenus, sed similem in sensum Proverb. 18. Non recipit stultus verba prudentiæ.*
- o) *Proverb. 23.*
- p) *Sive ut habet Vulgata: De inferno.*

14. JAN. 15. MAJI. 14. SEPTEMB.

Meminisse debet semper Abbas, quod est *a*, meminisse¹, quod dicitur *b*, & scire, quia, cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Sciâtque, quàm difficilem & arduam rem suscepit, regere animas, & multorum servire moribus. Et alium quidem *c* blandimentis, alium verò increpationibus, alium suasionibus *d*: & secundùm uniuscujusque qualitatem vel intelligentiam ità se omnibus conformet & aptet, ut non solùm detrimenta gregis sibi commissi non patiatur; verùm etiam in augmentatione *e* boni gregis gaudeat.

- a) *Seu qualis sit.*
- b) *Seu qualis nominetur.*
- c) *Subaudi ex priore sensu: Sciat regere.*
- d) *Discant hinc Religiosi, non murmurare contra Superiores, si fortè cum uno lenius cum altero durius videantur procedere.*
- e) *Id est, profectu spiritali.*

15. JAN. 16. MAJI. 15. SEPTEMB.

Ante omnia nè dissimulans *a* aut par-
 vi pendens salutem animarum sibi
 commissarum, non plus gerat sollicitu-
 dinem de rebus transitoriis, terrenis at-
 que caducis; sed semper cogitet, quia
 animas suscepit regendas, de quibus &
 rationem redditurus est. Et nè cau-
 setur de minore fortè substantiâ *c*, me-
 minerit scriptum *d*: Primùm quærite
 regnum Dei, & justitiam ejus; & hæc
 omnia adjicientur vobis. Et iterum *f*.
 Nihil deest timentibus eum. Sciâtque,
 quia *g* qui suscepit animas regendas,
 præparet se *b* ad rationem reddendam
 & quantum sub curâ suâ Fratrum se ha-
 bere sciêrit numerum, agnoscat pro cer-
 to, quia *i* in die judicii ipsarum omnium
 ani-

animarum redditurus est Domino ratio-
nem, finè dubio additâ *l* & *m* suæ ani-
mæ. Et ita semper timens futuram di-
scussionem Pastor *n* de creditis ovibus,
cùm de alienis ratiociniis cavet *o*, red-
ditur *p* de suis sollicitus: & cùm de mo-
nitionibus suis emendationem aliis sub-
ministrat, ipse efficitur à vitiis emen-
datus.

- a) *Seu negligens attendere.*
- b) *Pro etiam.*
- c) *Id est, bonis, quibus Monasterium susten-
tandum est.*
- d) *Matth. 6.*
- e) *Alia lectio habet quærere, sed vitiosè;
nisi fortè *ly* primum accipiatur adjecti-
vè, & subintelligatur *fit* vel *esto*.*
- f) *Psalms. 33.*
- g) *Pro quòd.*
- h) *Id est, præparare se debeat.*
- i) *Iterum pro quòd.*
- l) *Subaudi, ratione*
- m) *Seu etiam.*
- n) *Sive Abbas, aut Superior. Alii legunt
Pastoris, puta, Christi Domini.*

- o) *Id est, cum procurat sive efficit, ut rationes alienæ, suorum scil. subditorum, bene subsistant in die iudicii.*
- p) *Seu fit sollicitus de suis rationibus, ut illæ bene subsistant.*

16. JAN. 17. MAJI. 16. SEPTEMB.

C A P U T III.

*De adhibendis ad Consilium
fratribus.*

Quoties aliqua præcipua *a* agenda sunt in Monasterio, convocet Abbas omnem congregationem *b*, & dicat ipse *c*, unde *d* agitur. Et audiens Consilium Fratrum tractet apud se, & quod utilius judicaverit, faciat. Ideo autem omnes ad consilium vocari diximus, quia sæpe juniori Dominus revelat, quod melius est *e*. Sic autem dent Fratres Consilium cum omni humilitatis subjectione *f*, ut non præsumant procaciter defendere, quod eis visum fuerit; sed magis

gīs in Abbatis pendeat arbitrio, ut, quod salubrius judicaverit, ei cuncti obediant. Sed sicut discipulis convenit obedire Magistro g, ita & ipsum providè & justè concedet cuncta disponere. In omnibus h igitur omnes i magistram sequantur Regulam l, neque ab eâ temere devietur m à quoquam.

- a) *Id est, res magni momenti.*
 b) *Putat, præter Novitios, Fratres laicos, & si qui privati sint voce activâ & passivâ.*
 c) *Generatim scilicet, ita, ut sententiam suam nondum aperiat, tum propter assentatores, tum propter timidiores.*
 d) *Id est, de quâ re.*
 e) *Hæc ratio una; 2da, est humilitas in Abbate: 3tia, major vicissim dilectio in subditis: 4ta, quia juxta proverbium plura vident oculi, quàm oculus. &c.*
 f) *Quod fiet, si subditus non sit clamorosus in voce, nec aliorum sententiis reclamans; si non loquatur nisi interrogatus, & juxta Ordinem suum; si utatur hac vel simili formâ: Mihi videtur, puto sic melius fore aut fieri posse salvo judicio meliori.*

- g) Sumitur hic pro Abbate; aliàs etiam pro quovis Superiore.
- h) Intellige, tam in difficilibus, quàm facilibus; tam in communibus, quàm particularibus; tam in minimis, quàm in magnis; nam & minorum neglectus est summè nocivus.
- i) Tam Superiores, quàm subditi; tam senes, quàm juniores; tam Patres, quàm Fratres; tam Officiales, quàm simplices Conventuales.
- l) Id est, faciant juxta Regulæ præscriptum.
- m) Hoc est, sinè causâ rationabili recedatur.

17. JAN. 18. MAJI. 17. SEPTEMB.

Nullus in Monasterio proprii cordis sequatur voluntatem, neque præsumat quisquam cum Abbate suo protervè *a* intus vel *b* foris Monasterio contendere *d*. Quod si præsumpserit, regulari disciplinæ subjaceat. Ipse tamen Abbas cum timore Dei & observatione Regulæ omnia faciat, sciens, se procul dubio de omnibus judiciis suis æquissimo Judici Deo rationem redditurum. Siqua verò minora agenda sunt in Monasterii utilitatibus, Seniorum e

tan-

tantum *f* utatur consilio, sicut scriptum est *g*: Omnia fac cum consilio, & post factum non pœnitebis.

a) Nam cum humilitate & moderamine Superiori sua proponere licet, ac subinde aut expedit, aut etiam necessarium est.

b) Duo illa verba malè omittunt quidam cum Smaragdo, volentes, foris nunquam, intrà verò permissam aliquando esse amicam cum Abbate concertationem: nam altera lectio communissima est, & subditis omninò tenenda.

c) Sive extra Monasterium.

d) Seu altercari vel disputare.

e) Per quos Boërius ^{et} Turrecr. intelligunt discretiores, prudentiores & magis expertos; Cassinenses autem, à quibus notè multum discordant statuta nostra Bursfeld. pag. 226. designant Priorem, Decanos, Magistrum Novitiorum & Cellerarium.

f) Id est, saltè.

g) Eccli. 32.

18. JAN. 19. MAJI. 18. SEPTEMB.

CAPUT IV.

Quae sunt instrumenta bonorum operum a.

1. In primis Dominum Deum diligere ex toto corde, totâ animâ, totâ virtute.
2. Deinde proximum tanquam seipsum.
3. Deinde non occidere.
4. Non adulterari.
5. Non facere furtum.
6. Non concupiscere.
7. Non falsum testimonium dicere.
8. Honorare omnes homines.
9. Et quod sibi quis fieri non vult, alteri non faciat.
10. Abnegare semetipsum sibi *b*, ut sequatur Christum.
11. Corpus castigare *c*.
12. Delicias non amplecti.
13. Jejunium amare.
14. Pauperes recreare *d*.
15. Nudum vestire *e*.
16. Infirmum visitare.
17. Mortuum sepelire.
18. In tribulatione subvenire.

19. Do

19. Dolentem consolari.

20. A sæculi actibus se facere alienum.

21. Nihil amoris Christi *f* præponere.

- a) Ipsa bona opera hîc dicuntur instrumenta bonorum operum, vel quia se mutuò indigent, & mutuò utuntur; vel quia singula hîc enumerata nos instruunt, quid agendum; vel quia Deus ut causa principalis iis velut instrumentis utitur ad nostram salutem. Nisi malis, constructionem esse intransitivam, quasi diceretur, bona opera, quæ sunt instrumenta, artis videlicet spiritualis, uti S. P. ipse sub finem cap. hujus exponit; vel etiam, ut vult Turrecremata, acquirendæ perfectionis, ac finis ultimi consequendi. Porro omnia & singula hæc instrumenta continentur in Scripturâ, & sunt partim præcepti, partim consilii Divini, Christianis omnibus eòq; magis Religiosis amplectenda.
- b) Mortificando videlicet proprium iudicium, voluntatem, desideria & affectus quosvis repugnantes præceptis & consiliis Divinis.
- c) Quod fit per disciplinas, cilicia, abstinentias, mortificationes sensuum exteriorum, &c.
- d) Sub-

- d) *Subtrahendo sibi semper in mensá aliquid de cibo ac potu, quod cedat in usum pauperum.*
- e) *Virtutes hujusmodi, quas exercere opere ipso Religiosis aliquando non licet, exercere oportet animo sive affectu; & sic sunt aequae meritoriae, ex Doct. Angelico.*
- f) *Passivè, seu erga Christum.*

19. JAN. 20. MAJI. 19. SEPTEMB.

22. Iram non perficere.
23. Iracundiæ tempus non reservare.
24. Dolorem in corde non tenere.
25. Pacem falsam non dare a.
26. Charitatem non derelinquere.
27. Non jurare, nè fortè perjuret b.
28. Veritatem ex corde & ore proferre.
29. Malum pro malo non reddere.
30. Injuriam non facere; sed & factam patienter sufferre.
31. Inimicos diligere.
32. Maledicentes se non remaledicere, sed magis benedicere.
33. Persecutionem pro justitiâ sustinere.
34. Non esse superbum.
35. Non vinolentum.

36. Non

- iquid
par
opere
exer-
sum
36. Non multum edacem.
37. Non somnolentum.
38. Non pigrum.
39. Non murmuriosum.
40. Non detractorem.
41. Spem suam Deo committere c.
42. Bonum aliquid in se cum viderit,
Deo applicet, non sibi d.
43. Malum verò semper à se factum
B. sciat, & sibi reputet e.
44. Diem iudicii timere.
45. Gehennam expavescere.
46. Vitam æternam omni concupiscen-
tiâ spirituali f desiderare.
47. Mortem quotidie ante oculos suspe-
ctam g habere.
48. Actus vitæ suæ omni horâ custo-
dire h.
49. In omni loco Deum se respicere i
pro certo scire.

- re,
ere,
oni
- a) *Id est, non simulare vel fingere se paci-
ficum.*
b) *Seu falsò juret.*
c) *Sive in Deo collocare.*
d) *Id est, adscribat gratia Dei, non viribus
propriis.* e) *Vel*

- e) *Vel imputet.*
- f) *Id est, vehementer.*
- g) *Sive ob oculos positam.*
- h) *Id est, sollicitè attendere, ut bene fiant.*
- i) *Id est, se à Deo respici.*

20. JAN. 21. MAJI. 20. SEPTEMB.

50. Cogitationes malas cordi suo advenientes mox ad Christum allidere.

51. Et Seniori spirituali *b* patefacere.

52. Os suum à malo vel pravo eloquio custodire.

53. Multum loqui non amare.

54. Verba vana & risui apta non loqui.

55. Risum multum aut excussum *d* non amare.

56. Lectiones sanctas libenter audire.

57. Orationi frequenter incumbere.

58. Mala sua præterita cum lacrymis vel gemitu quotidie Deo in oratione confiteri, & de ipsis malis *e* de cætero emendare.

59. Desideria carnis non perficere.

60. Voluntatem propriam odire *f*.

61. Præceptis Abbatis in omnibus obedire, etiamsi ipse aliter [quod absit] agat.

agat.

agat ; memores Dominici præcepti h :
 Quæ dicunt , facite ; quæ autem fa-
 ciunt , facere nolite.

62. Non velle dici Sanctum , antequam
 sit ; sed prius esse , quò i verius di-
 catur.

a) Quod fit confugiendo ad Christi vulnera ;
 implorando ipsius opem ; protestando vehe-
 menter , quòd Christus solus esse & mane-
 re debeat sponsus amantissimus animæ no-
 stræ ; reflectendo mentem ad vitam & vir-
 tutem Christi , oppositam illi vitio , quo ten-
 tamur. &c.

b) Puta , legitimo Superiori , aut Confessario.

c) Etiam extra Confessionem. Quàm id fru-
 ctuosum , ac propè necessarium , præsertim
 tyronibus Religiosis , docent exempla plu-
 ra in Vitis PP. ipsâque experientia : hoc
 enim modo citius curantur peccata : dia-
 bolus , utpote Spiritus superbus , proditus
 fugit ; conscientia magis serenatur , &c.

d) Id est , altum vel cum vehementia editum.

e) Id est , ipsa mala , vel potiùs aliquid quo-
 tidie de ipsis malis : quod optimè fit per
 exercitium Examinis particularis , propo-
 nendo

nendo manè singulariter hoc vel illud vitium præcavere; innovando sæpius per diem hoc propositum, & quoties contravenitur, dolorem eliciendo vel etiam penam voluntariam sibi imponendo; notando denique indies [donec vitium illud sit extirpatum] in tabellâ aliquâ numerum lapsuum, eumque minuere studendo. O ⁷
 omni anno unum vitium extirparemus, citò viri perfecti efficeremur, inquit rectè D. Joannes Gersen l. X. de ⁷
 Imit. Christi c. 11. ⁷

- f) Magis latinè, odisse, vel odio habere.
- g) Intellige, iis, quæ non sunt contra Deum, sed neque contra vel supra Regulam ex S. Bern. de præc. & dispens. c. 7.
- h) Matth. 23.
- i) Eleganter pro, Ut ed.

21. JAN. 22. MAJI. 21. SEPTEMB.

- 63. Præcepta Dei factis quotidie adimplere.
- 64. Castitatem amare a.
- 65. Nullum odire.
- 66. Zelum b & invidiam non habere.
- 67. Contentionem non amare.

68. Ela

68. Elationem e fugere.

69. Seniores venerari.

70. Juniores diligere.

71. In Christi amore d pro inimicis orare.

72. Cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire.

73. Et de Dei misericordiâ nunquam desperare. Ecce hæc sunt instrumenta artis spiritualis e; quæ cum fuerint à nobis diu noctûque incessabiliter adimpleta, & in die iudicii consignata f, illa nobis merces à Domino recompensabitur g, quam ipse promisit h: quòd oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor i hominis ascendit l, quæ præparavit Deus, his, qui diligunt eum. Officina m verò, ubi hæc omnia diligenter operemur, claustra sunt Monasterii, & stabilitas n in Congregatione.

a) *Conducit eò* [1. Custodia sensuum exteriorum. [2. Fuga otii, intemperantiæ, occasionum aliorumque incentivorum luxuria. [3. *Viva præsentia Divina & Angeli tute-
laris*

laris memoria. [4. Recursus ad vulnera Christi, ad Virginem immaculatam, ad Ss. Patronos. [5. Attenta consideratio novissimorum, itémque turpitudinis, infamiae ac gravitatis, puta sacrilegii in Religioso. [6. Frequens, eaque apud eundem Sacerdotem, Confessio. [7. Perceptio frequens Eucharistiae ceu frumenti electorum & vini germinantis virgines. Caterum pro dirigendâ conscientiâ NB. 1. ex comm. DD. peccare mortaliter, qui neque efficaciter, per applicationem mediolorum idoneorum, neque ineffaciter, per simplicem displicentiam, resistit cogitationibus ac motibus venereis post plenam advertentiam eorundem. Sed quid, si simplicem habeas displicentiam, absque omni tamen conatu resistendi? Probabilius adhuc esse mortale, cum plurimis aliis docet Mezger, qui tamen sententiam excusantem à mortali admittit velut practice probabilem, praesertim pro timoratis & scrupulosis. 2. Peccat mortaliter, qui plenè deliberatè ponit causas proximas & per se influentes ad motus venereos aut pollutionem, ut sunt tactus & aspectus impudici; itémque oscula morosa: si enim

has

b)
c)

hæc fiant obiter, ex joco vel levitate, per se loquendo [si videlicet absit periculum proximum consensûs veneri] non sunt, nisi veniale; nullum verò, si fiant ex consuetudine patriæ, civilitate aut aliâ causâ rationabili. 3. Nulla per se est obligatio evitandi vel relinquendi talium motuum causas ex se necessarias, honestas, utiles aut etiam indifferentes, ut sunt audire Confessiones, curare infirmos, equitare, comedere calida &c. Prosequenti enim jus suum non imputatur effectus præter intentionem & per accidens secutus. Tantum abest, ut motus concupiscentiæ independenter ab omni actuali vel interpretativo consensu possit esse peccatum veniale, uti contendunt Gonet & Salmant. Siquidem ex Trid. Sess. 5. Concupiscentia non nocet non consentientibus: Sed neque talis motus voluntarius est, nec liber libertate contrarietatis seu indifferentiæ ad bonum & malum, quod tamen ad omne peccatum requiritur. Sed de his plura Theologi.

b) Puta, malum, seu proveniente[m] ex animo amaro.

c) Seu ambitionem.

d) Sive

- d) *Sive ob amorem Christi pro capitalibus hostibus suis in cruce deprecantis.*
 e) *Seu modi proficiendi in spiritu.*
 f) *Id est, conscripta pro recipiendâ mercede vel magis ad literam, denuo producta & presentata cœlesti Patrifamilias, quo sensu inferius c. 32. & 35. ferramenta ac vascula Monasterii dicuntur consignari & re-
 consignari.*
 g) *Sive reddetur.*
 h) *I Cor. 2.*
 i) *Id est, in mentem vel intellectum.*
 l) *Vel devenit.*
 m) *Sic dicta ab efficiendo.*
 n) *De quâ infrâ c. 58.*

22. JAN. 23. MAJI. 22. SEPTEMB.

CAPUT V.

De Obedientiâ.

Primus humilitatis a gradus est obedientia finè morâ. Hac convenit his qui nihil sibi Christo charius aliquid existimant c propter servitium sanctum, quod professi sunt, seu propter metum
 gehen-

gehennæ, vel gloriam vitæ æternæ.
 Mox ut *d* aliquid imperatum à Majore e
 fuerit, ac si Divinitus imperetur, mo-
 ram pati nesciunt in faciendo. De qui-
 bus Dominus dicit *f*: Obauditu *g* auris
 obedivit mihi. Et iterum dicit *h* Docto-
 ribus: Qui vos audit, me audit. Ergo
 hi tales relinquentes statim, quæ sua
 sunt *i*, & voluntatem propriam dese-
 rentes, mox exoccupatis *l* manibus, &
 quod agebant, imperfectum relinquen-
 tes *m*, vicino obedientiæ pede *n* ju-
 bentis vocem factis sequuntur; & velut
 uno momento & prædicta Magistri *o*
 jussio, & perfecta discipuli operatio, in
 velocitate timoris Dei *p* ambæ res *q*
 communiter citius *r* explicantur *s*, qui-
 bus ad vitam æternam gradiendi amor
 incumbit *t*. Ideo angustam viam arri-
 piunt [unde Dominus ait *u*: Angusta via
 est, quæ ducit ad vitam] ut non suo arbi-
 trio viventes, vel desideriiis suis & volupta-
 tibus *x* obedientes, sed ambulantes alie-
 no *y* judicio & imperio, in Cœnobiis de-
 gentes, Abbatem sibi præesse desiderent.
 Sinè dubio hi tales illam Domini imi-
 tan-

tantur sententiam, quâ dicit z: Non
veni facere voluntatem meam, sed ejus
qui misit me.

a) *Quidam legendum putant obedientiam
tum propter materiam hujus capituli; tum
quia cap. 7. primus humilitatis gradus as-
signatur timor Domini. Sed prior lectio
est antiquissima est, et communissima. Pri-
mus itaque hic accipitur secundum digni-
tatem, vel, ut explicat Smaragdus, in ac-
tione; cap. 7. autem Primus ordine, vel
in corde. Fit autem in tractatione obe-
dientiam mentio humilitatis, et contra; quia
hæ duæ virtutes sunt ita inter se connexæ,
ut altera sine alterâ stare non possit.
Unde nec simpliciter assentio B. Petro Da-
miani, Bernard. Sc. pro Spiritu Ordinis
ac Regulæ nostræ statuentibus perfectam
obedientiam, nec aliis statuentibus humi-
litem; sed utramque omnino conjungen-
dam puto.*

b) *tò aliquid redundat, et in multis im-
pressis deest.*

c) *Alii legunt existimantes, alii subjungunt
particulam et, utrique finientes periodum
post faciendo.*

- d) *Id est, quamprimum.*
- e) *Id est, Superiore imprimis, ac deinde quovis Seniore.*
- f) *Per os Davidis, Psalm. 17.*
- g) *Alii legunt ab auditu, alii ob auditum vel ob auditus, alii melius cum Vulgatâ in auditu, id est, quàm primùm audivit.*
- h) *Luc. 10.*
- i) *Hoc est, propria negotia.*
- l) *Unum verbum, significans idem, quod evacuatis ab occupatione habitâ. Possunt autem ac debent etiam meliora ex objecto sive secundùm se, ad imperium Superioris intermitteri pro minùs de se bonis; siquidem juxta Ss. Patres, levare ex obedientiâ vel minimum culmen de terrâ, longè majoris excellentiæ & meriti est, quàm propriâ voluntate castigare se disciplinis, jejuniis, &c.*
- m) *Quod ità familiare fuit veteribus Monachis, ut scribentes ne cœptum quidem perficerent characterem, promentésque vinum aut cerevisiam nec epistomium claudent, Deo perfectam hanc obedientiam per miracula approbante.*
- n) *Id est, continuò, quasi jam stantes parati ad imperium.*
- o) *Sive*

- o) Sive Abbatis vel ejuscunque Superioris.
 p) Id est, proveniente ex timore Dei.
 q) Scil. jussio, & operatio seu executio.
 r) Pro citò,
 s) Sive expediuntur; ubi subintellige dativum iis, hoc est, ab iis, quibus inest amor vitæ æternæ.
 t) Alii sensum priorem finiunt post explicantur, connectentes præsens membrum cum sequenti, ac subaudientes nominativum Hi, quibus ad vitam &c.
 u) Matth. 7.
 x) Alia lectio habet, voluntatibus.
 y) Hic insinuatur obedientia illa cæca, tan-
 to opere à Ss. Patribus & Ascetis commen-
 data: non quòd instar bruti aut amentis
 oporteat obedire [nam teste Scripturâ ra-
 tionabile obsequium vestrum: & sicut
 aliæ virtutes morales à prudentiâ diri-
 guntur, ita & obedientia; cum hoc tamen
 discrimine, quòd dictamen dirigens obe-
 dientiam magis fundetur in principio ex-
 trinseco, scil. in judicio Superioris, quàm
 intrinseco, sive judicio proprio] Sed quòd
 excludi debeant subtiles quæque discussio-
 nes,, tum circa qualitatem præcipientis

*an sit nobilis vel ignobilis, doctus vel indoctus, expertus regiminis vel inexper-
tus. Sc. Tum circa materiam præceptam,
sítne grata, an ingrata; facilis, an diffi-
cilis; utilis, an inutilis Sc. Tum deni-
que circa rationes ac motiva imperii. Ne-
scit enim judicare, inquit Gregor. M.
quisquis perfectè didicerit obedire.
Sed S serpentis infernalis vox est: CUR
præcepit vobis Deus? 2. Gen. 3.*

2) Joannis 5. S 6.

23. JAN. 24. MAJI. 23. SEPTEMB.

Sed hæc ipsa obedientia tunc accepta-
bilis erit Deo, & dulcis hominibus,
si, quod jubetur, non trepidè *a*, non
tardè *b*, non tepidè *c*, aut cum murmu-
re *d* vel responsione nolentis efficiatur;
quia obedientia, quæ Majoribus præbe-
tur, Deo exhibetur *e*. Ipse enim dicit *f*:
Qui vos audit, me audit. Et cum bo-
no animo à discipulis præberi oportet,
quia hilarem datorem diligit Deus *g*.
Nam cum malo animo si obédit disci-
pulus, & non solùm ore, verùm etiam
in corde si murmuraverit; etsi impleat
C jus-

jussione**m** *h*, tamen acceptum jam n
erit Deo, qui cor respicit murmurant
Et pro tali facto nullam consequitur gr
tiam, imò pœnam murmurantium
currit *i*, si non cum satisfactione eme
daverit.

- a) Sed generosè ac firmâ cum fiducia
Deum, qui humilibus dat vires & gratiam
- b) Nescit enim tarda molimina Spiritus *i*
gratia, quam percipit verè obediens.
- c) Nam tepidos evomit Deus ex ore suo.
- d) Propter hoc enim Israëlitæ in deserto pe
cussi sunt ignitis serpentibus. Num. 21
Core, Dathan & Abiron vivi à terra
in inferno absorpti. Num. 16. Rursùm q
14700. homines igne consumpti. Ibid.
- e) Hic stimulus fortissimus: quis enim De
per os Superioris nobis laquenti obed
detrectet? Quare inter alia ad perfectio
nem obedientiæ spectat non tantum facer
actum, qui jubetur, sed etiam quia jube
tur, sive ut satisfiat voluntati Superiori
vel Dei per illum jubentis.
- f) Luc. 10.
- g) Ex Apostolo 2. Cor. 9.
- h) Pro

h) Proinde talis non peccat contra *Votum obedientiæ*, cum juxta Theologos *lex humana impleatur per actum ex se bonum, etsi non bene factum*: deficit tamen ab ejus perfectione; quod solum volunt *Ss. Patres*, negantes talem esse obedientiam. Unde *S. P.* rectè subdit, quòd talis incurrat pœnam, non inobedientium, sed murmurantium.

i) Tum apud Superiorem, si murmuraverit ore; tum verò apud Deum, si ore aut corde. Plura de obedientiâ per decursum.

24. JAN. 25. MAJI. 24. SEPTEMB.

CAPUT VI.

De Taciturnitate a.

Faciamus, quod ait Propheta *b*: Dixi, custodiam vias meas *c*, ut non delinquam in linguâ meâ: posui ori meo custodiam, obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis *d*. Hic ostendit Propheta, si à bonis eloquiis interdum propter taciturnitatem *e* debet taceri, quantò magis

gis à malis verbis propter pœnam peccati debet cessari. Ergo, quamvis f bonis & sanctis ad ædificationem el quiis, perfectis discipulis propter taciturnitatis gravitatem g rara loquendi concedatur licentia, quia scriptum est h: multiloquio i non effugies peccatum. l: Mors & vita in manibus linguæ m. Nam loqui & docere Magistrus cõdecet, tacere & audire discipulo cõvenit n. Ideo si qua requirenda o sunt à Priore p, cum omni humilitate & subiectione reverentiæ requirantur, nè videatur q, plus loqui, quàm expediat. Scurrilitates r verò, vel verba otiosa & risum t moventia æternâ clausurâ in omnibus locis damnamus u, & ad talia eloquia discipulum aperire os non permittimus.

- a) Medio inter obedientiam & humilitatem loco S. P. agit de silentio, eò quòd illud in utrâque partem habeat.
- b) David, Psalm. 38.
- c) Id est, vivendi seu agendi rationes, vel ut explicat S. Hieron. quinque sensus exteriores.
- d) Huius

- d) Huic versiculo rectè seu practicè addiscendo multum temporis impendit Pambus Abbas.
- e) Id est, ex virtute taciturnitatis.
- f) Seu etiam, vel quantumvis.
- g) Hæc enim est custos justitiæ & religionis, hic nervus disciplinæ. Siquis, ait S. Jacobus c. i. putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, hujus vana est religio.
- h) Proverb. 10.
- i) Sive locutione superfluâ, ex S. Aug.
- l) Proverb. 18.
- m) Id est, in potestate loquentis aut malè, aut bene.
- n) Præstitère id propter scientiam profanam discipuli Pythagoræ; & quem non delectet idem præstare pro discendâ arte spirituali bene vivendi? Certè Abbas Agathon posito in ore lapide silentium coluit per annos 3, Theonas Abbas per 30, Joannes Silentiarius per 47, quin & Christus sapientia æterna ferè per annos 30. siluit, vix tres loquendo decurrit, altissimum etiam in passione suâ silentium servans. Inspice ô garrule Religiose, & fac secundùm exemplar.
- C 3
- o) Id

- o) *Id est, petenda vel interroganda.*
- p) *Id est, Abbate aut alio Superiore, vel etiam Seniore. Ex Boërio &c.*
- q) *Subintellige ex priori sensu, discipulus. Caterum sensus ille deest in aliis editionibus ac plerisque MSS. fortè ex margine in textum irrepfit.*
- r) *Id est, locutiones non servantes honestum ac decorum: Nam honesti lepores ac pueri hinc non prohibentur, cum & viri SSimis familiares fuerint, & Apostolus ad Coloss. 4. dicat: Sermo vester semper sale conditus.*
- s) *Id est, quæ sine utilitate & loquentis dicuntur & audientis, ex S Hieron. vel quæ aut ratione justæ necessitatis carent, vel intentione piæ utilitatis, ex Greg. M. vel denique, quæ nullam rationabilem causam habent, ex S. Bern. Proinde nè otiosa sint, referri debent vel explicitè, vel implicitè ad finem honestum, atque adeò in Deum.*
- t) *Intellige, ineptum vel nimium: Nam factus in risu exaltat vocem; Sapiens autem vix tacitè ridebit. Eccli. 21. Terribilis sanè est sententia S. Bernardi: Nuga,*

gæ, nugæ sunt in ore sæcularium, in ore Sacerdotum [quidni & aliorum religiosorum?] blasphemix.

u) Id est, semper & ubique interdicta volumus.

25. JAN. 26. MAJI. 25. SEPTEMB.

CAPUT VII.

De Humilitate a.

Clamat nobis Divina Scriptura, Fratres, dicens b: Omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Cùm ergo hæc dicit; ostendit nobis omnem exaltationem c genus esse superbiæ d. Quod se cavere Propheeta indicat dicens e: Domine non est exaltatum cor meum f, neque elati g sunt oculi mei: Neque ambulavi in magnis h, neque in mirabilibus super me i. Sed quid? Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam l meam; Sicut ab lactatus m est super matre suâ, ita retribues in animam meam. Unde, Fratres, si

C 4

sum-

summæ humilitatis volumus culmen attingere *n*, & ad exaltationem illam cœlestem, ad quam per præsentis vitæ humilitatem ascenditur, volumus velociter pervenire; actibus nostris ascendentibus scala illa erigenda est *o*, quæ in somno Jacob apparuit *p*, per quam ei ascendentes & descendentes *q* Angeli monstrabantur. Non aliud finè dubio descensus ille & ascensus à nobis intelligitur, nisi exaltatione descendere & humilitate ascendere *r*. Scala verò ipsa erecta nostra est vita in sæculo *s*, quæ humiliato corde *t* à Domino erigitur ad cœlum. Lâtera ^{enim} ~~enim~~ *u* ejusdem scalæ dicimus nostrum esse corpus & animam *x*, in quæ lâtera diversos gradus humilitatis vel *y* disciplinæ evocatio Divina *z* ascendendos inferuit.

a) *Humilitas ab humo dicta, describitur à S. Bern. virtus, quâ quis verissimâ sui cognitione sibi ipsi vilescit. Hæc virtus est fundamentum ceterarum, omnisque religiosæ perfectionis; gratissima Deo, ac summè odiosa demonibus. Illam cœlestis*

Ma-

Magister verbo & exemplo ubique docuit,
& S. P. non modò in hoc cap. sed spar-
sim per totam Regulam inculcat.

b) Luc. 14. & 18.

c) Intellige, sui ipsius.

d) Nam superbire idem sonat, ac supra se
vel conditionem suam ire.

e) Psalm. 130.

f) Scilicet, intus per superbiam, ut magna sen-
tiam de me ipso.

g) Exterius, ut alios quasi me viliores de-
spiciam.

h) Per presumptionem.

i) Scrutando vana, curiosa & captum meum
excedentia.

l) Seu personam meam, superbiendo.

m) Id est, sicut infans ab lactatur seu abstra-
hitur à lacte & uberibus matris, ita me
ab lactabis ab uberibus gratiæ & miseri-
cordiæ tuæ.

n) Sive pervenire ad summam humilitatem,
vel potius ad fastigium, quò ducit humi-
litas, nimirum perfectionis, honoris ac glo-
riæ cælestis.

o) Id est, per actus humilitatis tanquam per
gradus ascendere oportet & erigere scalam
illam.

C S

p) Gen.

- p) Gen. 28.
 q) Non stantes vel sedentes, ut insinuetur nos in Spiritu aut proficere semper aut de-
 ficere. Ex S. Bern.
 r) Id est, nisi quòd descendatur ad inferos per superbiam, per humilitatem verò ad cœlos ascendatur.
 s) Per quod non intelligitur vita secularis sed religiosa ducta in hoc mundo.
 t) Id est, si verè humiles simus.
 u) Alii legunt etiam, alii omittunt.
 x) Utriusque enim humiliatio in Religione requiritur.
 y) Pro & disciplinæ seu religiosæ conversationis.
 z) Id est, Vocatio Dei nos eligentis ad gloriam, constituit atque proposuit, ut per illos ad cœlum ascenderemus.

26. JAN. 27. MAJI. 26. SEPTEMB.

Primus itaque a humilitatis gradus est, si timorem Dei b sibi ante oculos semper ponens, oblivionem omnino fugiat c, & semper sit memor d omnium, quæ præcepit Deus: qualiter contemneres Deum in gehennam pro peccatis incidunt e.

eidunt e, & vitam æternam, quæ timen-
tibus Deum præparata est, animo suo
semper revolvat. Et custodiens f se o-
mni horâ à peccatis & vitiis, id est g co-
gitationum, linguæ, oculorum, ma-
num, pedum vel voluntatis propriæ;
sed & desideria carnis amputare festi-
net h.

a) *S. Thomas 2. 2. q. 161. a. 6. cum aliis
quibusdam hos gradus enumerat ordine re-
trogrado, imo loco ponens 12mum & sic
consequenter. Ex quo aliqui contendunt
vel textum Regulæ, vel S. Thomæ esse
mendosum. Melius tamen dicitur neu-
trum esse; sed S. Thomam de industriâ
mutasse ordinem, ut hos gradus humilita-
tis evidentius opponeret 12. gradibus su-
perbiæ assignatis à S. Bern. quorum pri-
mus correspondet 12mo nostro gradui hu-
militatis.*

b) *Primus itaque humilitatis gradus manet
timor Dei, tum quia initium sapientiæ
timor Domini Ps. 110. Ubi autem est
humilitas, ibi & sapientia Prov. 11.
Tum quia ex ipso S. Thomæ q. 19. a. 9.*

ad

- ad 4. timor Dei excludit principium superbiae, estque principium humilitatis.
- c) Activè, non neutraliter; seu nunquam obliviscatur.
 - d) Non speculativè, sed practicè, ut eadem faciat.
 - e) Smaragdus & alii legunt: gehennam peccatis incendunt. Et hic est primus stimulus timoris Dei; alter mox subjunctus consideratio vitæ aeternæ.
 - f) Subintell. ex superiori sensu verbum Si Nisi legere malis, custodiat.
 - g) Pro nempe,
 - h) Nam hic vel maximè periculum in moribus

27. JAN. 28. MAJI. 27. SEPTEMB.

Aestimetur a se homo de caelis semper à Deo respici omni horâ b, & facta sua in omni loco ab aspectu Divinitatis videri, & ab Angelis omni horâ renunciari c. Demonstrat nobis hoc d Propheta, cum in cogitationibus nostris ita Deum semper præsentem ostendit dicens e: Scrutans corda & renes f Deus. Et iterum g: Dominus novit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Et iterum

iterum dicit: Intellexisti cogitationes
meas à longè *h.* Et: Quia cogitatio ho-
minis confitebitur tibi *i.* Nam ut solici-
tus sit circa cogitationes suas perversas,
dicat semper utilis / Frater in corde suo:
Tunc ero immaculatus coram eo *m,* si
observavero *n* me ab iniquitate meâ.

a) *Id est, cogitet cum reverentiâ.*

b) *Hic 3tius stimulus timoris Dei: quis enim non metuat malè agere in conspectu Judicis ac Vindicis?*

c) *Scil. Deo: non quòd Deus talia nesciat, cum sit omniscius; sed ut ipsi testes efficiantur sanctitatis ac pietatis justorum, & tanquam deflentes impietatem atque injustitiam injustorum, aut etiam seducentis diaboli. Ità Adamantius. Et hic est stimulus 4tus.*

d) *Intellige primum, quod nimirum Deus omnia videat.*

e) *Psalm. 7.*

f) *Id est, intima cogitationum & affectionum nostrarum.*

g) *Psalm. 93. sequentia verò sunt ex Psalm. 138. & 75.*

h) *Ni-*

- h) Nimirum jam inde ab aeterno.
 i) Id est, seipsam revelabit tibi tanquam
 omniscio ac Judici.
 l) Alii legunt, humilis.
 m) Vulgata Psalm. 17. habet cum eo, quod
 S. P. vel sic intellexit, vel ad mentem
 suam ita accommodavit.
 n) Sive custodiéro; quod non facit, qui mi-
 nus sollicitus est circa excludendas cogita-
 tiones perversas, utpote à quibus initium
 sumit omnis iniquitas.

28 JAN. 29. MAJI. 28. SEPTEMB.

Voluntatem verò propriam ita facere
 prohibemur, cum dicit Scriptura
 nobis: Et à voluntatibus tuis avèrtere.
 Et iterum rogamus Deum in oratione
 ut fiat illius voluntas in nobis. Docemur
 ergo meritò nostram non facere vo-
 luntatem, cum cavemus illud, quod
 dicit sancta Scriptura: Sunt viæ, quæ
 videntur hominibus rectæ, quarum fi-
 nis usque ad profundum inferni demer-
 git. Et itèrùm cum cavemus illud, quod
 de negligentibus dictum est: Corrupti
 sunt, & abominabiles facti sunt in vo-
 luntate.

luntatibus suis g. In desideriis verò carnis ità nobis Deum credamus semper esse præsentem, cùm dicit Propheta h̄ Domino: Ante i te est omne desiderium meum.

a) *Seu avertaris. Eccl. 18.*

b) *Intellige, Dominicâ.*

c) *Sive à nobis h̄c in terrâ, sicut à Beatis in celo. Et quia in hac oratione dicimus: Fiat voluntas tua, non nostra; rectissimè S. P. exinde probat voluntatem propriam esse deserendam.*

d) *Id est, si cavere volumus.*

e) *Prov. 14. & 16. si non omnino verbotenus, tamen quoad sensum.*

f) *Seu depravati.*

g) *Ità habent quædam impressa Psalm. 13. quædam Psalm. 52. Pro quo vulgata versio ibi legit in studiis, h̄c in iniquitatibus suis.*

h) *David, Psalm. 37.*

i) *Seu coram.*

l) *Adeoque tam carnis, quàm spiritus.*

29. JAN.

29. JAN. 30. MAJI. 29. SEPTEMB.

Cavendum *a* ergo est ideo malum desiderium, quia mors fecus *b* introitum delectationis *c* posita est. Unde Scriptura præcipit dicens: Post concupiscentias tuas non eas *d*. Ergo si oculi Domini speculantur *e* bonos & malos & Dominus de cælo semper respicit super filios hominum *f*, ut videat, si est intelligens aut requirens Deum; & si ab Angelis nobis deputatis die noctuque Domino factori opera nostra *g* nuntiantur: cavendum ergo est omni horâ Fratres, sicut dicit in Psalmo *h* Prophetarum: Ne nos declinantes in malum & inutiles factos aliquâ horâ aspiciat Deus: Et parcendo nobis in hoc tempore, quia pius est & expectans nos converti in melius, dicat nobis in futuro: Hæc fecisti, & tacui *i*.

- a) *Nè insurgat, vel certè, nè voluntariè retineatur.*
- b) *Id est, juxta vel prope.*
- c) *Intellige, morosæ & cum plenâ advertentiâ habitæ; hæc enim inducit peccatum mortiferum.*
- d) *Id est,*

- d) *Id est, nè obsequaris. Eccli. 18.*
- e) *Seu contemplantur.*
- f) *Phrasis familiaris Scripturæ pro homines.*
- g) *Etiam mala; non quidem in ordine ad exigendam pœnam, sed potius ad intelligendum à Deo modum, quo clientem peccatorem corrigere, instruere, monere debeant, ut respiscat.*
- h) *Nimirum 13. Ut verò constructio sit planior, sensus ille ponendus est post inutiles factos: super hos enim cadit dictum Prophetæ, non super sequentia.*
- i) *Hoc est, dissimulavi, donec compleretur malitia tua. Psalm. 49. Cæterum Primo huic gradui humilitatis opponitur à S. Bernardo 12mus superbia, qui est consuetudo peccandi, quâ Dei metus amittitur, contemptus incurritur.*

30. JAN. 31. MAJI. 30. SEPTEMB.

Secundus humilitatis gradus est, si propriam quis non amans voluntatem, desideria sua non delectetur implere, sed vocem illam Domini factis imitetur dicentis a: Non veni facere volun-

luntatem meam, sed ejus, qui misit me
 Item dicit Scriptura *b*: Voluntas *c* habet
 pœnam, & necessitas *d* parit coronam

a) Joannis 5. & 6.

b) Id est, docet vel insinuat, quia nullibi ex-
 pressè habet. Vel accipe Scripturam hoc
 loco magis generatim pro omni eo, quod
 vel in sacris Bibliis, vel in Ss. Patribus
 vel in vitis Sanctorum scriptum inven-
 tur: habetur quippe in passione S. Anastasia

c) Intellige, propria, de qua S. Bern. Ces-
 set voluntas propria, & infernus non
 erit, &c.

d) Obediendi, orta ex Professione & Super-
 riorum præscripto.

e) Id est, comparat nobis coronam cœlestem.

Secundo huic gradui opponitur à S. Bern.
 IIImus gradus superbiæ, qui est libertas
 peccandi. In quo gradu etiam stare non
 immeritò censentur Religiosi libertini,
 pro libitu agentes vel omittentes omnia
 illa, ad quæ non agnoscunt se stricto ju-
 re sub mortali obligatos.

31. JAN. 1. JUNII. 1. OCTOBR.

Tertius gradus humilitatis est, ut quis pro Dei amore omni obedientiâ se subdat Majori, imitans Dominum, de quo dicit Apostolus *a*: Factus obediens usque ad mortem.

a) Philipp. 2. Plura vide suprâ c. 5. de Obedientiâ.

Huic gradui à S. Bern. opponitur 10mus superbia, qui est rebellio contra Superiorem: De quâ Samuel 1. Reg. 15. Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.

1. FEBR. 2. JUNII. 2. OCTOBR.

Quartus humilitatis gradus est, si in ipsâ obedientiâ, duris *a* & contrariis *b* rebus, vel etiam quibuslibet irrogatis injuriis, tacitâ conscientiâ *c* patientiam amplectatur, & sustinens non lascescat *d* vel discédât, dicenté Scripturâ *e*: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Itém *f*: Confortetur cor tuum,

tuum, & sustine Dominum *g*. Et ostendens *b*, fidelem pro Domino universa etiam contraria sustinere debere, dicitur ex personâ sufferentium: Propter te mortificamur totâ die *l*, æstimati sumus ut oves occisionis *m*. Et securi de spe retributionis Divinæ *n* subsequuntur gaudentes & dicentes: Sed in his omnibus superamus propter eum *o*, qui dilexit nos. Et item alio loco *p* Scriptura, Probasti nos *q*, inquit Deus: Igne nos examinasti, sicut igne examinatur argentum *r*: induxisti *s* nos in laqueum *t* posuisti tribulationes in dorso nostro *u*. Et ut ostendat sub Priore *x* debere nos esse, subsequitur *y* dicens: Imposuisti homines *z* super capita nostra *aa*. Sed & præceptum Domini in adversis & iniuriis per patientiam adimplentes, qui percussi *bb* in maxillam, præbent & aliam *cc*; auferenti tunicam dimittunt & pallium; angariati milliarium *dd* vadunt & duo; cum Paulo Apostolo falsos Fratres & persecutionem sustinent & maledicentes se benedicunt.

a)
 b)
 c)
 d)
 e)
 f)
 g)
 h)
 i)
 l)
 m)
 n)
 o)
 p)
 q)
 r)
 a)

- a) *Id est, occurrentibus gravibus ac difficilibus.*
- b) *Sive in se, ut cum vix jubemur hoc agere, & statim contrarium; sive secundum inclinationem subditi, ut cum volenti orare injungitur labor manualis.*
- c) *Id est, nè obloquendo quidem interiùs, multò minùs exteriùs.*
- d) *Sive lassus fiat, intellige, in viâ obedientiæ & patientiæ.*
- e) *Matth. 10.*
- f) *Psalms. 26.*
- g) *Id est, qualibet à Domino immissa.*
- h) *Subintellige, Scriptura.*
- i) *Rom. 8. ex quo pariter desumptum est, quod sequitur.*
- l) *Id est, omni die vel toto tempore.*
- m) *Seu destinata, ut occidantur.*
- n) *Id est, quia tales firmiter sperant, & certi sunt, se propterea à Deo remunerandos.*
- o) *Id est, recordatione & amore Christi longè acerbiora pro nobis passi.*
- p) *Psalms. 65.*
- q) *Seu nostram virtutem.*
- r) *Hoc est, sicut igne vero examinatur argen-*
gen-

- gentum, ut purificetur à scoriis, ità nos
 examinasti igne mystico tribulationum, ut
 nos mundares à sordibus concupiscentia.
- s) Non decipiendo, sed probando.
- t) Puta, vel in angustias, quibus velut la-
 queis constringimur & suffocamur, vel in
 insidias hostium nostrorum visibilium &
 invisibilium.
- u) Per virgas nimirum ac flagella &c.
- x) Id est, Superiore quocunque.
- y) Hoc est, pergit ibidem Scriptura.
- z) Peccatores, oppressores, tyrannos, ut ex-
 ponunt Interpretes. Discat hinc Reli-
 giosus, quod dicit S. Aug. in eundem lo-
 cum: Toleramus, quos nolumus; pa-
 timur aliquando Superiores, quos no-
 vimus peiores.
- aa) Non super manus vel pedes, ut satis sit
 fecisse vel ivisse, quod vel quò jubent
 sed super caput, in quo vigent omnes sensus,
 memoria, imaginatio, intellectus, ju-
 dicium: Hac enim omnia captivari de-
 bent in obsequium perfectæ obedientia.
- bb) Subintellige, sunt, vel omitte qui.
- cc) Subaudi, maxillam percutiendam.
- dd) Id est, coacti ire per unum milliarem.

Porro similitudines istæ desumptæ sunt ex Matth. 5. & inculcant nobis promptitudinem ad adversa non tantum patienter suscipienda, sed etiam ambienda.

Gradui huic S. Bern. opponit genus superbia, qui est simulata seu dolosa imperfectio suarum confessio, quæ levi aliquâ contumeliâ vel pœnitentiâ facile detegitur & evertitur.

2. FEBR. 3. JUNII. 3. OCTOBR.

Quintus humilitatis gradus est, si omnes cogitationes malas cordi suo advenientes, vel mala sua à se abscon-
 sè a commissa, per humilem Confessionem b Abbati non celaverit suo. Hortans nos de hac re Scriptura dicit c: Revela Domino d viam tuam, & spera in eum. Et itè dicit e: Confitemini Domino f, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus. Et itè Propheta g: Delictum meum cognitum tibi h feci, & injustitias meas non operui i. Dixi l, pronuntiabo adversum me

me injustitias meas Domino m, & tu m)
remifisti impietatem cordis mei n.

- a) Seu occultè.
- b) Smaragd. Turrecr. & alii intelligunt Sacramentalem; Perez verò, Suarez. & accipiunt generatim pro conscientia manifestatione sive in, sive extra Sacramentum poenitentiae, praesertim cum Abbatibus complures eo tempore non fuerint Sacerdotes, uti neque S. P. N. secundum probabiliorem & communioem. Vide etiam notata supra cap. 4. ad num. 51.
- c) Psalm. 36.
- d) Quod fit, si fiat Dei Vicario.
- e) Psalm. 105. & 106.
- f) Licet Interpretes hunc locum passim intelligant de Confessione laudis, S. Aug. tamen, Hieron. & alii explicant etiam de Confessione peccatorum.
- g) David, Psalm. 31.
- h) Id est, Vicario tuo per Confessionem. Deus enim ex se ipso novit.
- i) Sive non abscondi.
- l) Id est firmiter proposui.

m) la

m) *Id est, Dei vices gerenti, qualis respectu Davidis fuit Propheta Nathan.*

n) *Communior legit; peccati mei: in idem tamen recidit; de corde enim exeunt fornicationes, homicidia, adulteria, &c. quæ coinquinant hominem. Matth. 15.*

Quinto huic gradui S. Bern. pro 8vo gradu superbiæ opponit peccati defensionem, quæ fit vel negando factum, aut extenuando, aut defendendo tanquam rem justam; vel prætexendo intentionem bonam aut quandam necessitatem; vel accusando fragilitatem naturæ, diabolum, mala aliorum exempla, influxum siderum, aut etiam Dei ordinationem. Sed meminerit hic Religiosus, ex mente Ss. Patrum plus peccasse Protoparentes sese excusando, quàm transgrediendo.

3. FEBR. 4. JUNII. 4. OCTOBR.

Sextus humilitatis gradus est, si omni vilitate vel extremitate a contentus sit b Monachus, & ad omnia, quæ sibi injunguntur, velut operarium malum

D

& in-

& indignum se judicet c, dicens cum
 Prophetâ d: Ad nihilum redactus sum e
 & nescivi f; ut jumentum factus sum
 apud te g, & ego semper tecum h.

- a) *Putat, in cibo, potu, vestibus, officiis & negotiis peragendis, ut verrere sordes & id quod facere gestiérunt etiam Imperatores & Reges in statu Monastico.*
- b) *Saltém quoad affectum, si fortè ob Prælaturam aliâsve circumstantias reipsâ non liceat: uti legitur de Regina Esther c. 14.*
- c) *Ità fecère Moyses, Jeremias aliique.*
- d) *Dauidè, Psalm. 72.*
- e) *Nihil de me sentiendo.*
- f) *Sive non reputavi me quidquam esse.*
- g) *Ad serviendum & obediendum sinè contradictione in omnibus: Velut Abbas Nesteron ità seipsum allocutus, cum ad conversionem veniret: Tu & asinus unum estote; Sicut enim asinus vapulat, & non obloquitur, injuriam patitur, & non respondet, sic & tu.*
- h) *Subintellige, ero vel perseverabo per cognitionem & amorem.*

*Huic gradui humilitatis à S. Bernardo pro
7mo gradu superbiae opponitur præsum-
ptio de propriâ dignitate & capacitate,
vi cuius ambiuntur lautiora in victu,
pretiosiora in vestitu, honoratiora in gra-
dibus & officiis. &c.*

4. FEBR. 5. JUNII. 5. OCTOBR.

Septimus humilitatis gradus est, si om-
nibus *a* se inferiorem & viliorem
non solum suâ linguâ pronunciet, sed
etiam intimo cordis credat affectu *b*, hu-
milians se, & dicens cum Prophetâ *c*:
Ego autem sum vermis & non homo,
opprobrium hominum & abjectio ple-
bis *d*: exaltatus autem sum, & humilia-
tus, & confusus *e*. Et iterum *f*: Bo-
num mihi, quòd humiliasti me, ut di-
scam *g* mandata tua.

a) *Etiam sceleratissimis nebulonibus.*

b) *Hic gradus difficilis; attinge#s tamen per
Dei gratiam, [1. considerando præcisè in
te, quod tuum est, tuosque defectus tibi
optimè notos; in altero verò id, quod est
Dei in ipso. [2. Cogitando, in aliis qui-*

D 2

bus

huscunque esse posse dona quædam ac bona
occulta nostris meliora; apparentes autem
defectus ex rationibus tibi ignotis excusa-
biles. [3. Dicendo cum S. Francisco Se-
raph. Si quantumcunque sceleratum
hominem tantâ fuisset Christus mise-
ricordiâ profecutus, arbitror sanè,
quòd multò, quàm ego, Deo gratior
esset. Vel pensando ex Ss. August. & Bern.
non esse peccatum, quod non faceres & tu
si iisdem peccandi occasionibus & incenti-
vis urgereris; ideòque ex inscrutabili Dei
judicio salvandum fortè esse per pœniten-
tiam, qui tibi modò apparet sceleratus
te autem propter futura peccata damnan-
dum.

c) Davide, hæc dicente in personâ Christi,
qui est Sanctus Sanctorum.

d) Id est, factus in opprobrium, & à plebe
abjectus. Hucusque sunt verba Psalmi 21.
sequentia verò ex Psalm. 87.

e) Id est juxta Genebrardum: Exaltatus
ætate & robore, seu adultior factus, etiam
sum magis humiliatus & confusus. Vel
juxta alios: Exaltatus sum in cruce, hu-
milia-

miliatus in sepulchro, confusus seu conturbatus in passione & morte.

f) *Psalm. 118.*

g) *Subintellige, implere.*

Gradui huic à S. Bern. pro 6to gradu superbiae opponitur arrogantia, per quam se homo corde & ore aliis praefert in donis naturae & gratiae. De quo Prov. 8. Arrogantiam & superbiam ego detestor.

5. FEBR. 6. JUNII. 6. OCTOBR.

Octavus humilitatis gradus est, si nihil agat Monachus, nisi quod communis Monasterii a Regula, vel Majorum b cohortantur exempla.

a) *Intellige, bene formati.*

b) *Id est, Ss. Patrum ejusdem Ordinis, vel juxta Turrecrem. Superiorum ac Seniorum bono exemplo praelucentium.*

Vitanda igitur, quae gradui huic à S. Bern. opponitur singularitas, in victu, vestitu aliisque regularibus.

D 3

6. FEB.

6. FEBR. 7. JUNII. 7. OCTOBR.

Nonus humilitatis gradus est, si linguam ad loquendum *a* prohibeat Monachus, & taciturnitatem *b* habens usque ad interrogationem non loquatur, monstrante Scripturâ, quia in multiloquio non effugietur peccatum *c*. Et quia vir linguosus *d* non dirigetur *e* super terram.

a) *Id est, à loquendo, vel ad loquendum iam expeditam contineat.*

b) *De quâ vid. suprâ cap. 6.*

c) *Proverb. 10. Sequentia verò sunt ex Psalm. 139.*

d) *Id est, cui summa voluptas loqui. Ex S. August.*

e) *Intellige, in viam rectam; vel non prosperabitur in temporalibus ac spiritualibus.*

Nono huic gradui S. Bern. pro 4to gradu superbiae opponit jaëtantiam, quâ quis de suis rebus libenter loquitur & seipsum dilaudat.

7. FEBR.

7. FEBR. 8. JUN. 8. OCTOBR.

Decimus humilitatis gradus est, si non sit facilis ac promptus in risu *a*, quia scriptum est *b*: Stultus in risu exaltat vocem suam.

a) Proprium superborum est, *inquit S. Bern.* læta semper appetere, & tristia devitare. *Econtra David Psalm. 34.* quasi lugens & constriatus humiliabar.

b) *Eccli. 21.* Vide etiam notata *suprà c. 6.* sub finem.

Oppositus à S. Bern. superbiæ gradus est inepta lætitia. Meminerit porrò Monachus, statum religiosum esse statum luctus & pœnitentiæ, saltémque nefas ducat ridere ubique, semper, ad omnia, leviter, sarcasticè, altùm, procaciter.

8. FEBR. 9. JUNII. 9. OCTOBR.

Undecimus humilitatis gradus est *a*, si cum loquitur Monachus, leniter & sine risu, humiliter & cum gravitate, vel pauca verba & rationabilia *b* loquatur;

tur; & non sit clamósus in voce, sicut scriptum est c: Sapiens verbis innotescit paucis.

a) *Discretio in modo loquendi, continens 7. condiciones seqq. ideóque satis distinctus à gradu nono &c.*

b) *Bene imprimis examinando, quis, quid, cui, &c. itémque nè lingua præcurrat mentem.*

c) *Etsi non expressè, similem tamen in sensum, uti Prov. 17. Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est. Et Eccli. 5. Sint pauci sermones tui. Ideóque ut agebat Zeno, aures habemus duas, & os unum, ut plura audiamus, loquamur perpauca. Caterum textus citatus habetur verbotenus inter sententias Xysti num. 134.*

Undecimo huic gradui S. Bern. pro 2do superbia opponit levitatem animi in garruendo, repugnando, censurando &c.

9. FEBR. 10. JUN. 10. OCTOBR.

Duodecimus humilitatis gradus est, si non ipso solùm corde Monachus, sed

sed etiam corpore humilitatem videntibus se semper indicet : id est, in opere, in Oratorio, in Monasterio, in horto, in viâ, in agro, vel ubicunque sedens, ambulans vel stans, inclinato sit semper capite *a*, defixis in terram aspectibus *b*, reum se omni horâ de peccatis suis existimans; jam se tremendo iudicio Dei præsentari æstimet *c*, dicens sibi in corde semper illud, quod Publicanus ille Evangêlicus fixis in terram oculis dixit: Domine non sum dignus ego peccator levare oculos meos ad cœlum *d*. Et iterum cum Prophetâ: Incurvatus sum *e*, & humiliatus sum usquequaque. Ergo his omnibus *f* humilitatis gradibus ascensis, Monachus mox ad charitatem perveniet *g* illam, quæ perfecta *h* foras mittit *i* timorem *l*, per quam universa, quæ prius non sinè formidine observabat, absque ullo labore velut naturaliter ex consuetudine incipiet custodire, non jam timore gehennæ, sed amore Christi, & consuetudine ipsâ bonâ, & delectatione virtutum: quæ *m* Dominus jam in operario suo *n* mundo *o* à vitiis & peccatis,

D 5

catis, Spiritu sancto p dignabitur de-
monstrare.

a) Erecta quippe cervix, caput elatum, in-
cessus vagus & aulicus, oculi sublimes
vagi sunt argumentum superbiae, & è dia-
metro gradui huic sub nomine curiositatis
à S. Bern. opponuntur.

b) Id sancto Ephrem inculcabat scortum
quoddam Edessenum, sic illi in portâ civi-
tatis respondens: Ego intueor te, quia
ego mulier ex viro sumpta sum; Tu
autem nè me intuearis, sed terram, ex
quâ tu vir sumptus es.

c) Id est, cum reverentiâ cogitet.

d) Hæc verba non legitur dixisse Publicanus,
sed Rex Manasses: Nec tamen placet,
quod ait Haefrenus, S. Patrem hîc memo-
riâ lapsus; scripsit quippe Regulam di-
ctante Spiritu S. Hinc aliter R. I. per
Publicanum istum in Evangelio, cum me-
ra parabola sit, designari Manassen.
2. Apertè satis asseri, quod Publicanus
ille, non ore, sed fixis in terram oculis
hæc dixerit, id est, significaverit. Vel 3.
S. Ibaudiendum ex priori sensu, quod dixit
in corde.

e) Ex

- e) Ex Psalm. 37: subjuncta verò sunt ex
Psalm. 118.
- f) Ad intelligendam congruentiam enumera-
torum ordinatè graduum, notandum ex
Lectio, quòd ad perfectam Religiosorum
humilitatem requiratur, ut homo bene sit
subjectus primùm Deo, quod fit duobus
primis gradibus; deinde Superioribus, quod
fit quatuor gradibus sequentibus; denique
etiam equalibus seu proximis suis, tum
quoad internam estimationem, quod fit gra-
du septimo; tum quoad externam conver-
sationem & morum compositionem, quod
fit quinque gradibus sequentibus.
- g) Nam mysticæ huic scalæ Jacob supernè
incumbit Deus charitas, qui & superbis
resistit, humilibus autem dat gratiam
Jac. 4. Cujus individua comes est charitas.
- h) Sive cum in statu perfectionis est.
- i) Seu abigit, vel expellit.
- l) Intellige, purè servilem vel mercenarium,
de quo in gradu primo; nam timor filialis
stat cum charitate.
- m) Scilicet amorem, consuetudinem bonam &
delectationem.
- n) Utente nimirum instrumentis bonorum
operum.
- o) Ad-

- o) *Adjective, seu libero.*
 p) *Id est, per gratiam Spiritus S.*

IO. FEBR. II. JUN. II. OCTOB.

CAPUT VIII.

De officiis Divinis in noctibus.

Hyemis tempore, id est, à Calendis
 Novembris usque ad Pascha, juxta
 considerationem rationis *b*, octavâ ho-
 râ noctis *c* surgendum est, ut modico
 amplius de mediâ nocte pausetur *d*, &
 jam digesti *e* surgant. Quod verò *f* re-
 stat post Vigiliis *g*, à Fratibus, qui Psal-
 terii vel Lectionum aliquid indigent,
 meditationi inserviat *h*. A Paschâ au-
 tem usque ad suprascriptas Calendas No-
 vembris sic temperetur hora Vigiliarum
 agenda *i*, ut parvissimo intervallo, quo
 Fratres ad necessaria naturæ exeant cu-
 stodito *l*, mox Matutini *m*, qui inci-
 piente luce agendi sunt, subsequantur.

Pro

Pro intelligendâ ratione temporis hîc & deinceps assignati, prænotandum est, S. Patrem non numerâsse horas eo modo, quo nunc fit in Italiâ, ubi à sole occidente usque ad solem iterum occidentem in horologiis designantur 24. horæ; nam aliàs præscribere inferius non posset horam Etam pro prandio: Nec eo modo, quo extra Italiam passim, itâ, ut 12ma semper sit & in meridie, & in mediâ nocte: Sed more antiquo, in Italiâ & omnibus ferè locis olim recepto, itémque in Actis Apostolorum & Evangeliiis usurpato, quo ab ortu solis usque ad ejus occasum computantur 12. horæ diei, & rursus ab occasu solis usque ad ortum 12. horæ noctis. Porrò sicut dies naturalis dividitur in 24. horas æquinoctiales ceu partes æquales, itâ dies artificialis, & nox similiter, dividebatur in 12. horas inæquales: non quòd unius ejusdemque diei aut noctis horæ essent inæquales inter se; sed in comparatione horarum nocturnarum, ad diurnas vel sequentes nocturnas, & contrâ, quæ aliquando istis longiores, aliquando breviores erant, aliquando plura, aliquando pauciora minuta continentes extra tempus æquinoctii: cùm è diverso
nostræ

nostræ horæ semper sint æqualiter magna,
 & constantes 60. semper minutis tam die,
 quàm nocte. Nunc ad textum ipsum.

- a) Id est, primâ die.
 b) Id est, habitâ ratione spatii nocturni pro
 illo tempore.
 c) Quæ apud nos est circiter 2da nocturnitas
 cum enim quælibet istarum 12. noctis ho-
 rarum tempore hyemali constet 70. circiter
 minutis, omnes simul acceptæ facient apud
 nos horas 14. Octo verò, horas novem
 cum 20. minutis: ac proinde factò compari-
 tu à medio 5ta nostræ vespertinæ [hinc
 enim circiter correspondet prima noctis
 hyemalis in Italiâ, more veterum à solis
 occasu desumpta] devenietur ad horam
 ferè 2dam noctis.
 d) Sive quiescatur, vel dormiatur.
 e) Id est, postquam habuerint debitam diges-
 tionem ciborum &c.
 f) Subintellige, de tempore nocturno.
 g) Quæ modò Matutinum nuncupari solent
 h) Guido Juvenalis legendum putat: à Fra-
 tribus, nisi qui, id est, qui non indigent.
 Recentiores versiones Gallicæ faciunt hunc
 sen-

sensum, ut residuum à Matutinis tempus inserviatur sive impendatur meditationi Psalterii vel habitarum lectionum, ab iis, qui indigent. Smaragd. Turrecrem & alii meditationem accipi volunt paulò latius pro quocunque studio religioso, ità, ut, qui indigent aliquid Psalterii vel lectionum aut omissum repetere, aut memoriter ediscere, aut ruminari, illud residuo hoc tempore agant.

i) Id est, tali tempore peragatur Matutinum.

l) Seu reservato, vel interposito.

m) Subintellige, Psalmi vel Hymni, id est, Laudes sic dictæ à matutâ seu aurorâ, eo quod incipiente luce sint persolvendæ.

II. FEBR. 12. JUNII. 12. OCTOBR.

CAPUT IX.

Quanti a Psalmi dicendi sint nocturnis horis b.

Hyemis tempore, præmisso imprimis Versu: Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina;

festina; in secundo *c* ter dicendum est d
 Domine labia mea aperies *e*, & os meum
 annuntiabit laudem tuam. Cui subjun-
 gendus est tertius Psalmus *f* & Gloria
 Post hunc Psalmus nonagesimus quat-
 tus *g* cum Antiphonâ *h* aut certe *i* in-
 directum *l* decantandus. Inde sequa-
 tur Ambrosianum *m*; deinde sex Psalmi
 cum Antiphonis. Quibus dictis, dicto
 Versu, benedicat Abbas *n*; & sedenti-
 bus *o* omnibus in scamnis, legantur vi-
 cissim *p* à Fratribus in codice super ana-
 logium *q* tres Lectiones, inter qua-
 tria Responsoria canantur. Post tertiam
 verò Lectionem, qui cantat, dicat Glo-
 ria: quam *r* dum incipit Cantor dice-
 re, mox omnes de sedilibus suis surgant
 ob honorem & reverentiam sanctæ Tri-
 nitatis. Códices autem legantur in Vi-
 giliis *s* tam Veteris Testamenti *t*, quam
 Novi, Divinæ authoritatis *u*: sed & ex-
 positiones eorum, quæ à nominatissi-
 mis *x* Doctoribus orthodoxis *y* & Ca-
 tholicis Patribus factæ sunt. Post has
 verò tres Lectiones cum Responsoriis
 suis sequantur reliqui sex Psalmi cum
 Alle-

Al
 Ap
 tar
 ni
 fin
 a)
 b)
 c)
 d)
 e)
 f)

Alleluja & canendi. Post hos Lectio
Apostoli *aa* sequatur, ex corde *bb* reci-
tanda; & Versus, & supplicatio Lita-
niæ *cc*, id est, Kyrie eleison *dd*: & sic
finiantur Vigiliæ nocturnæ.

a) *Id est, quot; vel potiùs quanta sit Psal-
modia totius Officii nocturni.*

b) *Sive in Matutino.*

c) *Seu deinde. Et licèt in moderno Bre-
viario Romano servetur ordo contrarius,
pro nostro tamen faciunt [1. praxis Officii
veteris etiam Romani ante tempora S. BE-
NEDICTI. [2. Major concordia in
modo inchoandi omnes horas. [3. Quia
sinè adjutorio Dei nec labia aperiri pos-
sunt ad laudem Divinam, ideóque illud
priùs petendum. Ex Turrecrem.*

d) *In honorem trium personarum Divina-
rum, & cum invocatione quasi singularum.*

e) *Utpote quæ à fine Completorii debuerunt
esse clausa.*

f) *Domine, quid multiplicati; Qui apud
nos dicitur ac præmittitur invitatorio,
tum ut tardiores occurrere possint; tum
contra dæmonum in oratione insidias; tum
denique*

denique ad contestandum nos surrexisse ad laudes Divinas juxta vers. 5.

- g) Venite, exultemus.
- h) Id est, cum Invitatorio, itémque cum tono & modulatione secundum notas: nam Antiphona græcè, latinè idem significat, quod contrà vel ex adverso sonans; quoad usum verò juxta Durandum significat sententiam brevem, quæ Psalmis vel Cantibus præmittitur.
- i) Eleganter pro saltèm.
- l) Id est, æquali tono sinè elevatione ac depressione vocis.
- m) Id est, Hymnus ità dictus à S. Ambrosio, non quòd ille primus Hymnorum author, sed quia ab illo cantus publicus cum Hymnis metricis apud Latinos est introductus. Ex Radulpho Tungrensi. Sed & ipse apud Latinos primus post Hilarium fuit, qui Hymnos canendos, composuit.
- n) Per quod Smaragdus intelligit Absolutionem; meliùs verò intelliguntur Benedictiones consuetæ. Nihil autem meminit S. P. de præmittendis hîc Oratione Dominicâ & Absolutione, vel quia ex usu ipso hæc satis constabant, vel probabiliùs, quia post-

postmodum fuere apposita. Idem esto iudicium de aliis ejusmodi in Regulâ non expressis.

o) Ex quo colligitur, sub Psalmodiâ fuisse standum. Moraliter verò denotatur, lectiones ejusmodi non esse obiter percurrendas.

p) Hoc est, per vices.

q) A græco λόγος, latinè sermo, est locus elevatior, ex quo sermo prædicatur, vel pulpitum, super quo legitur. Ex Isidoro l. 5.

r) Pro quod, nec ineptè; nam præter veterem loquendi modum per hoc denotatur, non pro nudâ voce, ut dicitur, sed in suâ significatione illud deberè per attentionem accipi.

s) Id est, Matutino.

t) Refertur ad nominativum Codices.

u) Seu Scripturæ sacræ.

x) Id est, celeberrimis.

y) Derivatam ex græco, latinè idem sonat, quod fidelibus vel rectè credentibus.

z) Quid sit, dicetur infra cap. 15.

aa) Intellige, Pauli, ex quo passim desumpta est hæc lectio brevis, quæ nunc vulgò Capitulum dicitur.

bb) Id

- bb) *Id est, memoriter.*
 cc) *Latinè rogatio seu deprecatio, ex Gavano.*
 dd) *Vox græca, latinè idem, quod Dominus miserere. Ex S. Aug. ep. 178.*

12. FEBR. 13. JUNII. 13. OCTOB.

CAPUT X.

Qualiter aestatis tempore agatur nocturna laus a.

A Paschâ autem usque ad Calendas Novembris, omnis *b*, ut supradictum est, Psalmodiæ *c* quantitas teneatur *d*: excepto, quòd Lectiones in codice propter brevitatem noctium minime legantur; sed pro ipsis tribus Lectionibus una de Veteri Testamento memoriter dicatur: quam breve Responsorium subsequatur, & reliqua omnia, ut dictum est, impleantur. Id est *e*, ut nunquam minus à duodecim Psalmorum quantitate *f* ad Vigiliis nocturnas dicatur, exceptis ^{III} tertio & nonagesimo quarto Psalmo. *g*

bl (dd)

a) *Agia*

a) Agitur híc, sicut *¶* cap. præced. de Officio feriali,

b) Id est, tota.

c) Non Psalmorum præcisè, sed totius Officii Divini.

d) Sive observetur.

e) Pro Ità scilicet.

f) Id est, nunquam pauciores Psalmi, quàm 12. saltèm æquivalenter propter quorundam divisionem.

g) Id est, præter Psalmos, Domine quid multiplicati, Et Venite exultemus.

13. FEBR. 14 JUNII. 14. OCTOBR.

CAPUT XI.

Qualiter Dominicis diebus Vigiliae agantur.

Dominico die tempèrius *b* surgatur ad Vigilias, in quibus Vigiliis teneatur mensura *c*, id est, modulatis *d*, ut supra disposuimus, sex Psalmis & Versu, residentibus cunètis dispositè *e* & per ordinem in subselliis *f*, legantur in codice, ut supra diximus, quatuor
Le-

Lectiones cum Responsoriiis suis; ubi tan-
 tum in quarto Responsorio dicatur à can-
 tante Gloria: Quam *g* cum incipit, mox
 omnes cum reverentiâ surgant. Post
 quas Lectiones sequantur ex ordine ali-
 sex Psalmi cum Antiphonis *h*, sicut an-
 teriores *i*, & Versus. Post quos iterum
 legantur aliæ quatuor Lectiones cum
 Responsoriiis suis, ordine, quo supra
 Post quas iterum dicantur tria cantica
 de Prophetis, quæ instituerit Abbas
 quæ Cantica cum Allelúja psallantur
 Dicto etiam Versu, & benedicente Ab-
 bate, legantur aliæ quatuor Lectiones
 de Novo Testamento, ordine, quo supra
 Post quartum autem Responsorium in-
 cipiat Abbas Hymnum Te Deum lau-
 damus *n*. Quo perdicto *o* legat Abbas
 Lectiorem de Evangelio *p*, cum hono-
 re & tremóre stantibus *q* omnibus. Quæ
 perlectâ respondeant omnes, Amen *r*.
 Et subsequatur mox Abbas Hymnum
 Te decet laus. Et datâ benedictione
 incipiant *t* Matutinos *u*. Qui ordo Vi-
 giliarum omni tempore, tam æstatis
 quàm hyemis, æqualiter in die Domini-

co
 diu
 bre
 Qu
 ven
 fati
 evē
 a)
 b)
 c)
 d)
 e)
 f)
 g)
 h)
 O
 ci
 A
 ph
 m
 i)
 l)
 fi
 p
 60

co teneatur; nisi fortè [quod absit] tardiùs furgant, & aliquid de Lectionibus breviandum est x, aut Responsoriiis y. Quod tamen omnino caveatur, nè proveniat: quòd si contigerit, dignè inde satisfaciat Deo in Oratorio z, per cuius evènerit neglectum.

- a) *Id est, Matutinum.*
- b) *Alii magis latinè temporius; utrumque tamen bene pro maturiùs.*
- c) *Id est, servetur modus jam præscriptus.*
- d) *Sive decantatis.*
- e) *Idem, quod ordinatè vel per ordinem.*
- f) *Quæ modò stalla vocant.*
- g) *Pro quod. Vid. cap. præced. ad literam r.*
- h) *Psalmodia cum Antiphonâ designat eam Officii partem, quæ fit secundùm notas cum melodico concentu. Ità Hæftenus ex Amalario & Beletho: Est namque Antiphona veluti index, quomodo sequens Psalmus vel Canticum debeat cantari.*
- i) *Sive priores, intellige, decantandi.*
- l) *Canticum distinguitur à Psalmo, quod illud sit vox musica cum harmoniâ, ore solo prolata; Psalmus verò ex primævâ institutione*

- tutione sit carmen cum instrumento Psalterii. Ex Euthymio. Ceterum Hymni græcè, latinè laudes sive Cantica laudum, distinguuntur modò à prædictis, quòd Hymni sint magis metrici, seu magis astricti numeris & mensuris pœticis.
- m) Intellige pro temporibus illis, quibus adhuc nihil certi eà in re ab Ecclesiâ vel summo Pontifice præscriptum.
- n) Hymnum istum nonnulli volunt ab Ambrosio & Augustino in baptismo posteriori extempore compositum, seu prolatum, prout Spiritus S. dabat eloqui illis. Negant alii cum Gavanto, eò quòd non sit per modum dialogi seu colloctionis, tribuentem illum soli Ambrosio.
- o) Seu absoluto.
- p) Id est, Evangelium illi diei conveniens: quod proprium est Officio Benedictino, & æquum, quia pars Evangelii cum expositione suâ lecta fuit in Lectionibus.
- q) Ex traditione Apostolicâ propter reverentiam Verbi Dei.
- r) Hic significat verè, ut monstremus nos hæc verba Evangelii fideliter credere. Ex Sma- ragdo. Unde & statim subjungitur glo- rificatio.

rificatio Ss. Trinitatis, utpote in Evange-
lio nobis annunciata, per Hymnum: Te
decet laus, ferè verbotenus desumptum
ex Clemente Romano.

s) Per hanc Columbanus Vrancx intelligit
Versum: Deus in adiutorium, qui Lau-
dibus præmittitur. Bursfeldenses verò
in Ordin. Div. c. 9. collectam immediatè
sequentem.

t) Alii legunt, incipiat, scilicet Abbas.

u) Id est, Laudes juxta notata c. 8. in fine.

x) Non quoad numerum, sed quantitatem:
Et quidem temporibus illis, quibus hæc
nondum definita erat ab Ecclesiâ, sed ad
signum Præsidis in lectione sistebatur.

y) Dicendo nimirum illa magis properanter,
vel cum minori notâ, vel indirectum, ait
Bernardus Cassinensis. Quo modo etiam
hodie dum breviare licet Officium Divinum;
non autem priore.

z) Seu loco orationis, de quo infra c. 52.

14. FEBR. 15. JUN. 15. OCTOB.

CAPUT XII,

*Quomodo Matutinorum solemnitas
agatur.*

In Matutinis *b* Dominico die imprimis dicatur sexagesimus sextus Psalmus *c* sine Antiphonâ indirectum. Post quem dicatur quinquagesimus cum Allelúja. Post quem dicatur centesimus decimus septimus *f*, & sexagesimus secundus *g*. Inde Benedictiones *h* & Laudes *i*. Lectio una de Apocalypsi ex corde *m*, & Responsorium *n*, & Ambrosianum *o*, Versus, Canticum de Evangelio *p*, Litanía *q*; & completum est.

- a) *Idem, quod Officium, vel ritus sic dictum quòd soleat in anno fieri, Ex S. Aug.*
 b) *Id est, Laudibus. Vid. not. cap. 8. in fine.*
 c) *Scil. Deus misereatur. Quamvis autem Menardus hic putet, non esse pramittendum Versum, Deus in adiutorium tum propter appositam à S. P. particulam imprimis; tum etiam quia duo primi versus huius psalmi idem implicitè continent.*

Rectius

Rectius tamen contradicunt Boërius & alii, eò quòd Laudes c. 16. computentur inter Horas diurnas, in quibus juxta c. 18. semper præmittitur Deus in adjut.

d) *Id est, sinè elevatione & depressione vocis.*

e) *Scil. Miserere; qui Psalmus, licèt sit pœnitentialis, dicitur nihilominus cum Alleluja, tum propter Dominicam resurrectionem, quæ diebus Dominicis recolitur; tum propter Psalmum mox sequentem, cui ab ipso Davide præfigitur titulus Alleluja.*

f) *Scil. Confitemini.*

g) *Scil. Deus, Deus meus.*

h) *Id est, Canticum Benedicite.*

i) *Id est, Psalmus Laudate cum duobus sequentibus, à quibus hoc totum Officium modò nominamus Laudes.*

l) *Id est Capitulum: Benedictio & claritas.*

m) *Sive memoriter, subintellige, dicatur.*

n) *Scilicet breve.*

o) *Sive Hymnus, juxta notata c. 9. ad litteram m.*

p) *Scil. BENEDICTUS.*

q) *Sive Kyrie eleison. Vid. c. 9. lit. cc & dd.*

15. FEBR. 16. JUN. 16. OCTOBR.

CAPUT XIII.

*Qualiter privatis diebus Matutini
agantur.*

Diebus autem privatis *a* Matutino-
rum solemnitas *b* ita agatur, *c*
est *c*, ut sexagesimus sextus Psalmus di-
catur sine Antiphona, subtrahendo mo-
dicè *d*, sicut Dominica *e*, ut omnes oc-
currant ad quinquagesimum, qui cum
Antiphona dicatur. Post quem alii duo
Psalmi dicantur secundum consuetudi-
nem, id est, secundam feriã *f* quintus &
trigesimus quintus, tertiã feriã quadra-
gesimus secundus & quinquagesimus
sextus, quartã feriã sexagesimus tertius
& sexagesimus quartus, quintã feriã oc-
togesimus septimus & octogesimus non-
nus, sextã feriã septuagesimus quintus
& nonagesimus primus, Sabbatho au-
tem centesimus quadagesimus secun-
dus & Canticum Deuteronomii, quod
dividatur in duas Glorias *g*. Nam ca-
teris diebus Canticum unumquodque
die suo ex Prophetis, sicut psallit Eccle-
sia

fia Romana, dicatur. Post hæc sequan-
tur Laudes *b*, deinde Lectio una Apo-
stoli *i* memoriter recitanda, Responso-
rium, Ambrosianum, Versus, Canticum
de Evangelio, Litanía; & completum est.

a) *Seu ferialibus.*

b) *Id est, ritus Laudum juxta notata cap.
præced.*

c) *Pro videlicet; nisi malis cum aliis omit-
tere.*

d) *Id est, paululum protrahendo, sive paulò
tardius. Vide cap. 43.*

e) *Subintellige, in.*

f) *Ideo secunda, quia ipsa Dominica est fe-
ria prima, quanquam hoc nomine vix ap-
pelletur. Cæterum feria dicitur tempus,
quo vacamus ab operando; eoque nomine
Silvester Papa reliquos dies præter Domi-
nicam & Sabbathum appellari voluit, ut
significaretur, Clericos, abjectâ cæterorum
curâ, uni Deo vacare quotidie debere.
Vid. Breviar. 31. Decembr.*

g) *Sive in duò Gloria. Vid. not. c. 9. ad lit. r.*

h) *Id est, Psalmus Laudate cum duobus seq.*

i) *Id est, Capitulum: Nox præcessit. Cætera
patent ex dictis cap. præced. & Breviario.*

16. FEBR. 17. JUN. 17. OCTOBR.

Planè agenda *a* Matutina vel Vesper-
tina non transeat aliquando, nisi in
ultimo ordine *b* Oratio Dominica omni-
bus audientibus dicatur à Priore *c*, pro-
pter scandalorum *d* spinas *e*, quæ oriri
solent, ut conventi *f* per ipsius Oratio-
nis sponsonem *g*, quâ dicunt: Dimit-
te nobis debita nostra *h*, sicut & nos di-
mittimus debitoribus nostris, purgent
se ab hujusmodi vitio. Cæteris verò
agendis *i*, ultima pars *l* ejus Orationis
dicatur, ut ab omnibus respondeatur:
Sed libera nos à malo *m*.

a) *Substantivè, pro Horâ Canonicâ, Laudum, ut sequitur, ac Vesperarum. Ex Boërio Sc.*

b) *Id est, inter ultima; nisi dicere malis Col- lectas eo tempore nondum fuisse in usu: de quo plura c. 17.*

c) *Hoc est, primo in Choro, seu Chori Pra- fide; nam quem modò Priorem dicimus, S. P. vocat Præpositum.*

d) *Item hîc, quod rixarum vel dissensionum: quo sensu etiam hoc verbo utuntur Greg. Turon. Ferreolus Sc.*

e) *Ad*

- e) Ad illarum enim similitudinem pungunt
& sauciant animam.
- f) Sive in jus vocati, ut convincantur. Un-
de Bern. Cassinensis legit convicti, alii
conversi.
- g) Hæc plus aliquid sonat, quàm promissio,
& certius implenda est.
- h) Id est, peccata sive mortalia, sive venia-
lia; utraque enim inducunt debitum cul-
pæ ac pœnæ. Et Cassianus quidem Coll. 9.
censuit, hoc orantes, nec tamen hostibus
suis remittentes, peccare graviter, eò quòd
mentiantur Deo; Sed verius est oppositum.
1. quia verba illa recitant in persona Ec-
clesiæ, & materialiter tanquam formant
à Christo præscriptam. 2. Quia hæc oran-
do tacitè petunt gratiam ignoscendi. 3.
Quia tò dimittimus idem est, quod di-
mittere debemus. Caterùm amor obti-
nendi à Deo veniam peccatorum longè gra-
viorum allicere nos debet ad offensas levio-
res proximis nostris libenter remittendas.
- i) Id est, Horis Officii Divini.
- l) Quæ est, Et ne nos inducas, hoc est, indu-
ci per consensum sinas.
- m) Puta, à diabolo, à pœnis gehennæ & ignis

purgantis, à malis itè m hominibus aliisque
miseriis hujus vitæ, in quantum expedit
saluti anima.

17. FEBR. 18. JUN. 18. OCTOB.

CAPUT XIV.

*Qualiter in natalitiis a Sanctorum
agantur Vigiliæ b.*

In Sanctorum verò festivitibus vel
omnibus solemnitatibus, sicut diximus
Dominico die agendum, ita agatur; ex-
cepto, quod Psalmi aut Antiphonæ vel
Lectiones ad ipsum diem d pertinentes
dicantur. Modus autem superscriptus
teneatur.

a) Non quibus nati sunt in hoc mundo; sed
quibus hinc migrantes, nati sunt cælo. Ex
Chrysol. &c.

b) Sive Matutinum, ut sæpius dictum.

c) Iterum copulativè pro &c.

d) Intellige, festum, non autem feriam oc-
currentem.

18. FEB.

18. FEBR. 19. JUN. 19. OCTOBR.

CAPUT XV.

Quibus temporibus Allelúja dicatur.

A Sancto Pascha usque ad Pentecosten
 sine intermissione dicatur Allelúja *a*,
 tam in Psalmis *b* quam in Responsoriiis.
 A Pentecoste autem usque ad caput *c*
 Quadragesimæ, omnibus noctibus cum
 sex posterioribus Psalmis tantum ad No-
 cturnos dicatur. Omni verò Dominicâ
 extra Quadragesimam Cantica *d*, Matu-
 tini *e*, Prima, Tertia, Sexta, Nonaque
 cum Allelúja dicantur, Vespera verò cum
 Antiphonâ; Responsorio verò nunquam
 dicantur cum Allelúja, nisi à Pascha
 usque ad Pentecosten.

a) Ex Ruperto est vox peregrina ad expri-
 mendum peregrinum gaudium, quod nos
 manet in cælesti Jerusalem. Ex Aug. &
 aliis est vox hebræa significans, Laudate
 Dominum, cum plenitudine tamen gau-
 dii & exultationis, ut ait S. Thomas.
 S. Germanus in Theoriâ sic exponit: Al,
 id est, Venit, el, id est, Deus, uja, id est,
 E 5 Laudate.

Laudate. Hæc vox Alleluja non transfertur in aliam linguam, tum propter sanctiorem authoritatem, ex S. Aug. & Isidoro; tum quia interjectio est jubilantis & exultantis de Dei laude, verbis aliis non satis explicabilis.

b) *Id est, in Psalmodiâ, vel ante Psalmos.*

c) *Seu initium. Hoc aliqui servantes ad litteram, retinent Alleluja usque ad Dominicam primam Quadragesimæ, sicut olim factum. Alii cum Turrecrem. per caput Quadragesimæ intelligunt Septuagesimam, eò quòd ibi more antiquorum sit initium jejunii. Cæterùm absque ullo scrupulo fieri possumus, quòd post introductum univèrsim in Ecclesiâ morem deponendi Alleluja in Septuagesimâ, nos eidem modo accommodemus, cum S. P. ipse c. 18. sub finem hoc ipsum in simili commoneat.*

d) *Tertii scilicet Nocturni.*

e) *Id est, Laudes, ut sæpe dictum.*

19. FEBR. 20. JUN. 20. OCTOBR.

CAPUT XVI.

Qualiter Divina opera a per diem agantur.

Ut

Ut ait Propheta *b*: Septies in die laudem dixi tibi. Qui septenarius sacratus *c* numerus à nobis sic implebitur, si Matutino *d*, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Vesperæ, Completoriique tempore nostræ servitutis officia persolvamus, quia de his Horis diurnis dicit Propheta: Septies in die laudem dixi tibi. Nam de nocturnis Vigiliis *e* idem ipse Propheta ait *f*: Mediâ nocte *g* surgabam ad confitendum tibi. Ergo his temporibus referamus Laudes Creatori nostro *h* super *i* judicia justitiæ suæ *l*: id est, Matutinis, Primâ, Tertiâ, Sextâ, Nonâ, Vesperâ, Completorio; & nocte surgamus ad confitendum ei.

a) Sive Horæ Canonica.

b) Psalm. 118. Et subintellige ex titulo: ita agantur.

c) Dicitur sacratus, tum propter varia mysteria septenario numero comprehensa, ut sunt 7. Sacramenta, 7. Verba Christi in Cruce, 7. dona Spiritûs S. &c. Tum vero magis speciatim in presenti, quod omnes 7. Horæ sint sacratæ laudibus Divinis.

d) Sub-

- d) *Subintellige, tempore, quod modò Lau-
des vocant.*
- e) *Quæ jam Matutinum appellari consue-
verunt.*
- f) *Eodem Psalm. 118.*
- g) *Non contradicit hic locus dictis suprâ c. 8.
de surgendo horâ quâ noctis, ac modicè
amplius post mediam noctem: Nam 1. ve-
rissimile est, Prophetam more Hebræorum
computâsse tempus noctis à solis occasu per
horas inæquales, ut suprâ. 2. Modicum
pro nihilo reputatur. 3. Accipi potest me-
dietas noctis in dicto Propheta per inter-
positionem inter partes extremas noctis,
licèt non sit æqualis earum distantia; ma-
ximè cum S. P. statim subdat: Et nocte
surgamus, abstrahendo à mediâ:*
- h) *Ità planè Cassianus de Instit. Monast. l. 3.
c. 3. exponit numerum septenarium Hora-
rum, ut Deo agantur gratiæ pro rebus
creatis in septem diebus.*
- i) *Id est, de vel propter.*
- D) *Quâ scilicet nos justificare intendit.*

20. FEBR. 21. JUN. 21. OCTOBR.

CAPUT XVII.

Quanti a Psalmi per easdem Horas dicantur.

Jam *b* de Nocturnis vel Matutinis *c* digessimus *d* ordinem Psalmodiæ; nunc de sequentibus Horis videamus. Primâ horâ *e* dicantur Psalmi tres sigillatim, & non sub unâ *f* Gloria; Hymnus ejusdem Horæ post Versum, Deus in adiutorium meum intende, antequam Psalmi incipiantur. Post expletionem trium Psalmorum recitetur Lectio una *g*, Versus, Kyrie eleison, & Missæ sint *h*. Tertiâ verò, Sextâ & Nonâ, eodem ordine celebretur Oratio *i*: Id est, Versus *l*, Hymni earundem Horarum, terni Psalmi, Lectio, Versus, Kyrie eleison, & Missæ sint. Si major *m* Congregatio fuerit, cum Antiphónis; Si verò minor, indirectum psallantur *n*. Vespertina autem Synaxis *o* quatuor Psalmis cum Antiphónis terminetur; post quos Psalmos Lectio recitanda est: Inde Responsorium, Ambrosianum *p*, Versus, Canticum

cum de Evangelio q, Litania, & Oratio
Dominica, & fiant Missæ. Completo-
rium autem trium Psalmorum dictione
terminetur; qui Psalmi directaneè r fi-
nè Antiphonâ dicendi sunt: Post quos
Hymnus ejusdem Horæ, Lectio una,
Versus, Kyrie eleison, Benedictio, & post
Missæ fiant.

- a) Id est, quot.
b) Id est, antea vel hætenus.
c) Id est, pro Matutino & Laudibus.
d) Sive distribuimus.
e) Primus, qui hanc Horam expressè nomi-
naverit, est S. P. BENEDICTUS, licet
res ipsa antiquior sit, ac tempore Cassiani
expressè coepta, juxta Gavantum, Fran-
col. &c. Econtra Tertia, Sexta, Nona,
Vespera, jam inde à temporibus Apostolo-
rum fuere notissimæ.
f) Sive sub uno. Vid. not. c. 9. ad lit. f.
g) Id est, Capitulum. Similiter & in seqq.
h) Probabilius significat idem, quod dicitur
cap. 9. Et sic finiantur Vigilia noctur-
næ. Vel c. 12. Et completum est. In-
telligunt quidem Smaragdus, Bern. Cassi-
neris,

i)
l)
m)
n)

nensis, Turrecr. & alii per hæc verba Col-
lectas sive Orationes Officii Divini, sic di-
ctas, quòd ad Deum mittantur; sed mi-
nùs probabiliter: 1. quia hoc utique S. P.
clariùs expressisset, sicut expressit cætera.
2. Quia S. Hildegardis in c. 13. Regulæ
expressè ait, nullam à S. P. Collectam de-
signari post Orationem Dominicam, quate-
nus fastidium tolleretur orantibus, & quia
Orationem præstantiorem non invénit, per
quam servitium Divinum compleretur.
3. Quia juxta communem cum Walafri-
do crevit sensim Collectarum numerus, ne-
que generalis earundem, tempore S. BE-
NEDICTI, fuit usus in Ecclesiâ. Sicut
ergo Tertullianus remissam peccatorum di-
xit pro remissione; Ità S. P. híc vocem
Missæ adhibet pro missione seu dimissione
vel Fratrum ab Officio, vel ipsius Officii.

i) Id est, peragatur Officium.

l) Puta, Deus in adjutorium.

m) Qualis reputetur, dicetur c. 31. sub finem.

n) Psallere cum Antiphonâ duo significat:
ac 1. quidem, præmittere & subjungere
Psalmis breves illas sententias, quas modò
usus Antiphonas nominat. 2. Verò, ca-
nere

nere cum tono vel secundum notas. Similiter psallere indirectum significat 1. recitationem simplicem absque tono & notis. 2. Etiam sine ejusmodi brevibus sententiis: ita enim se explicare videtur S. P. hic in fine dicens: directaneè sine Antiphonâ.

- o) Id est, Officium Vesperarum, à verbo *ὄψω*, quod significat colligere vel congregare.
- p) Seu Hymnus, de quo & aliis vide c. 9. & 11.
- q) Scil. Magnificat.
- r) Idem, quod in directum.

21. FEBR. 22. JUNII. 22. OCTOB.

CAPUT XVIII.

Quo ordine Psalmi dicendi sint.

Imprimis semper diurnis Horis a dicitur Versus, Deus in adjutorium meum intende; & Gloria: Inde Hymnus uniuscujusque Horæ. Deinde Primâ horâ Dominicâ b dicenda quatuor Capitula c Psalmi centesimi octavi decimi: Reliquis verò Horis, id est, Tertiâ, Sextâ & No-

Nonâ, terna Capitula suprascripti Psal-
mi centesimi octavi decimi dicantur.
Ad Primam autem secundæ feriæ dican-
tur tres Psalmi, id est, primus, secundus
& sextus. Et ità per singulos dies ad
Primam, usque ad Dominicam, dican-
tur per ordinem terni Psalmi usque ad
nonum decimum Psalmum; ità fanè, ut
nonus Psalmus & septimus decimus di-
vidantur in binas Glorias *d* & sic fiat,
ut ad Vigiliis Dominicâ *e* semper à vi-
césimo incipiatur. Ad Tertiam verò,
Sextam & Nonam secundæ feriæ, no-
vem Capitula, quæ residua sunt de cen-
tesimo octavo decimo Psalmo, ipsa ter-
na per easdem Horas dicantur.

a) *Subintellige, in.*

b) *Sive ad Primam Dominicæ.*

c) *Seu divisiones in Psalmo: Beati immaculati.*

d) *Sive in duo Gloria. Vid. c. 9. lit. r.*

e) *Sive ad Nocturnos Dominicæ. Cætera constant ex Superioribus, & Breviario, quorum omnia etiamnum concordant.*

22. FEB.

22. FEBR. 23. JUNII. 23. OCTOBR.

Expenso *a* igitur Psalmo centesimo octavo decimo duobus diebus *b*, id est, Dominicâ & secundâ feriâ; tertiâ feriâ jam ad Tertiam, Sextam & Nonam psallantur terni Psalmi à centesimo nono decimo usque ad centesimum vigesimum septimum, id est, Psalmi novem: quique Psalmi semper usque ad Dominicam per easdem Horas itidem *c* repetantur; Hymnorum nihilominus, Lectionum vel Versuum dispositione uniformi cunctis diebus servatâ: Et ita scilicet, ut semper Dominicâ *d* à centesimo octavo decimo incipiatur.

a) *Id est, distributo.*

b) *Sive per duos dies.*

c) *Id est, pariter vel eodem modo.*

d) *Scil. ad Primam. Cætera constant, ut supra.*

23. FEBR. 24. JUNII. 24. OCTOBR.

Vespera autem quotidie quatuor Psalmorum modulatione canatur. Qui Psalmi incipientur à centesimo nono *a* usque

usque ad centesimum quadragesimum
 septimum, exceptis his, qui in diversis
 Horis ex eis sequestrantur *b*, id est,
 à centesimo septimo decimo usque ad
 centesimum vigesimum septimum, & *c*
 centesimo trigesimo tertio *d*, & centesi-
 mo quadragesimo secundo *e*. Réliqui
 omnes in Vesperâ dicendi sunt. Et quia
 minùs veniunt *f* tres Psalmi, ideo divi-
 dendi sunt, qui in numero suprascripto
 fortiores *g* inveniuntur, id est, centesi-
 mus trigesimus octavus, & centesimus
 quadragesimus quartus: Centesimus ve-
 rò sextus decimus *h*, quia parvus est,
 cum centesimo quintodecimo *i* conjun-
 gatur *l*. Digesto *m* ergo ordine Psalmo-
 rum Vespertinorum, reliqua, id est, Le-
 ctiones *n*, Responsoria, Hymni, Versus,
 vel Cantica *o*, sicut suprà taxavimus,
 impleantur. Ad Completorium verò
 iidem Psalmi repetantur quotidie, id est,
 quartus, nonagesimus, & centesimus tri-
 gesimus tertius *p* NB.

a) Scilicet, Dixit Dominus, cum cæteris,
 ut in Breviar.

b) Id

- b) *Id est, separantur vel tolluntur ac ponuntur in aliis Horis, sicut i 17mus, Confitemini, in Laudibus Dominica; sequentes verò in Horis minoribus Dominica, ac feria secunda & per hebdomadam.*
- c) *Subintellige, excepto.*
- d) *Scil. Ecce nunc, qui ponitur in Completorio.*
- e) *Scil. Domine exaudi, qui ponitur in Laud. Sabbath.*
- f) *Id est, desunt.*
- g) *Sive majores.*
- h) *Scilicet, Laudate Dominum omnes gentes.*
- i) *Scilicet, Credidi.*
- l) *Puta in Officio feriali.*
- m) *Sive disposito, vel distributo.*
- n) *Id est, Capitula post Psalmos.*
- o) *Pro, & Canticum, scil. Magnificat. Caetera constant, ut supra.*
- p) *NB. inferius notata ad lit. a.*

23. vel 24. a FEB. 25. JUN. 25. OCTOBR.

Disposito ordine Psalmodiæ b diurnæ, reliqui omnes Psalmi, qui supersunt, æqualiter c dividantur in septem noctium

noctium Vigiliis *d*, partiendo scilicet, qui inter eos prolixiores sunt Psalmi, & duodecim per unamquamque constituantur noctem. Hoc præcipuè commo- nentes, ut, si cui fortè hæc distributio Psalmorum displicuerit, ordinet, si me- liùs aliter judicaverit *e*: dum omnimo- dis *f* id attendatur, ut omni hebdomadâ Psalterium ex integro *g* numero centum quinquaginta Psalmorum psallatur, & Dominico die semper à capite *h* repeta- tur ad Vigilias; quia nimis iners *i* de- votionis suæ servitium ostendunt Mo- nachi, qui minus Psalterio cum Canti- cis consuetudinariis per septimanæ cir- culum psallunt: dum quando *l* lega- mus sanctos Patres nostros uno die hoc strenuè implèsse *m*, quod nos tepidi uti- nam septimanâ integrâ persolvamus.

a) NB. *Si non fuerit annus bissextilis, lectio præsens in Februario conjungenda est cum præcedente; Si autem fuerit; hîc ¶ deinceps pro diebus Februarii spectandus est numerus major.*

b) *Non*

- b) Non sumitur hīc pro cantu Psalmorum, sed pro istis Psalmis per diem dicendis.
- c) Secundū numerum, etsi non mathematicè secundū quantitatem.
- d) Nunc Matutinis.
- e) Sunt, qui hinc inferant, liberam manere Abbatibus potestatem mutandi, diminuendi, alterandi Psalmos &c. Sed præterquam quòd id præsumptuosum foret, ad difformitatem pareret; præscriptum est modò à Præsidentibus & Capitulis generalibus, urgentibus in virtute S. obedientie usum Breviarii Monastici, Pauli V. auctoritate recogniti.
- f) Id est, dummodo omnibus modis.
- g) Idem hodieque observatur formaliter quoad numerum, etsi non semper materialiter quoad Psalmos ipsos propter festa frequentiora.
- h) Id est, ab initio.
- i) Seu tepidum.
- l) Alii omittunt alterutrum; rectè tamen servatur utrumque pro, Cū aliquando.
- m) Per syncopen pro implevisse.

24. vel 25. FEBR. 26. JUN. 26. OCTOB.

CAPUT XIX.

De disciplinâ a psallendi.

Ubique credimus Divinam esse præsentiam, & oculos Domini in omni loco speculari bonos & malos; maximè tamen hoc finè aliquâ dubitatione credamus, cùm ad opus Divinum assistimus *b*. Ideo semper memores simus, quod ait Propheta *c*: Servite Domino in timore *d*. Et iterum *e*: Psallite sapienter *f*. Et: In conspectu Angelorum *g* psallam tibi. Ergo consideremus, qualiter oporteat nos in conspectu Divinitatis & Angelorum ejus esse; & sic stemus *h* ad psallendum, ut mens nostra concordet voci nostræ *i*.

a) *Seu debito modo, vel ritu.*

b) *Quia tunc in domo Dei sumus, in quâ Deus specialiter inhabitat, ut patet ex l. 3. Reg. c. 9 & presentamus nos Deo, quasi facie ad faciem cum eo loquentes, ait S. Bern. in Serm. de 4. mod. orandi.*

c) *David, Psalm. 2.*

d) *Aptè*

- d) Aptè omninò ad propositum; quia precipuum servitutis nostræ pensum est Opus Divinum.
- e) Psalm. 46. sequens verò habetur Ps. 137.
- f) Quod fiet, si observentur ea, quæ adducit Ceremoniale Monasticum Parte 1. cap. 10. præsertim ex S. Bernardo.
- g) Vidit enim aliquando idem S. Bern. singulos Angelos singulis adstare Monachis; & hos quidem auro, illos argento, alios atramento, alios aquâ scribere, quæ psaldebantur; nonnullos verò omnino nihil.
- h) Statio quippe ex Ss. PP. est mentis in Deum elevata indicium.
- i) Insinuatur hîc requisita ad psallendum attentio: quamvis autem sufficiat virtualis, & ad verba tantum, vel ad res, quæ perceptuntur; Melior tamen est actualis & ad sensum verborum, tum literalem, tum spirituales: Et hanc urgere videntur verba prædicta.

25. vel 26. FEB. 27. JUN. 27. OCTOB.

CAPUT XX.

De Reverentiâ Orationis.

Si, cùm hominibus potentibus volumus

praci- mus aliqua suggerere *a*, non præsumi-
 Opus mus, nisi cum humilitate & reverentiâ;
 f. 137. quanto magis Domino Deo univerforum
 addu- cum omni humilitate & puritatis devo-
 1. cap. tione *b* supplicandum est? Et non in
 multiloquio *c*, sed in puritate cordis, &
 n. fin- compunctione lacrymarum *d* nos exau-
 zachis, & pura *f* oratio, nisi fortè ex affectu
 , alios inspirationis Divinæ gratiæ *g* protenda-
 & psal- tur. In Conventu *h* tamen omnino bre-
 vial. vietur oratio; & facto signo à Priore *i*
 ntis in omnes pariter surgant.

- a) *Seu proponere.*
 - b) *Alia lectio clarior: puritate devotionis.*
 - c) *Blaterando multas preces sinè devotione.*
 - d) *Id est, eliciente ex oculis lacrymas.*
 - e) *Nè obrepat fastidium, & fervor sensim deficiat.*
 - f) *Non permixta cogitationibus & affectibus extraneis.*
 - g) *Id est, ex affectu per gratiam Divinam inspirato.*
 - h) *Id est, Officio Divino, sic dicto, quòd Fratres ad illud conveniant. Ità Hæft.*
- F Vel

*Vel melius : quandocunque omnes simul
conveniunt ad orandum, meditandum &c.
idque propter tepiditatem aliquorum, &
varia aliorum impedimenta.*

i) *Seu Præsides, vel p. t. Supremo.*

26. vel 27. FEB. 28. JUN. 28. OCTOB.

CAPUT XXI.

De Decanis Monasterii.

Si major *a* fuerit Congregatio, eligan-
tur de ipsis *b* Fratres boni testimonii,
& sanctæ conversationis, & constituantur
Decani *c*, qui sollicitudinem gerant su-
per Decanias *d* suas in omnibus *e* se-
cundum mandata Dei, & præcepta Ab-
batis sui. Qui Decani tales eligantur *f*,
in quibus *g* securus Abbas partiatur on-
era sua: & non eligantur per ordinem,
sed secundum vitæ meritum & sapien-
tiæ doctrinam. Quod si quis ex eis ali-
quâ fortè inflatus superbiâ, repertus fue-
rit reprehensibilis; correptus semel & ite-
rum *h* atque tertio, si emendare nolue-
rit, dejiciatur *i*, & alter in loco ejus, qui
dignus

dignus est, subrogetur l. Et de Præposito in eadem n constituimus.

- a) De hac dicetur infra c. 31. sub finem.
- b) Subintellige, qui sunt in Congregatione. Alii legunt de ipsis Fratribus, & subaudiunt, aliqui.
- c) Ex l. Exodi c. 18. ubi in Hebræo dicuntur Principes sive Præpositi super decem: quo sensu etiam accipiuntur apud Monachos, teste S. Aug. Isidoro &c. Dicuntur etiamnum haberi apud Cassinenses; apud alios plerosque Monachos nomen exolevit, inolevitque apud Canonicos.
- d) Sive decurias, id est, denos Fratres sibi subiectos.
- e) Tam spiritualibus, quàm regularibus.
- f) Præcipuè secundùm iudicium Abbatis, propter sequentia. Ex Columbano Vrancx.
- g) Sive de quorum virtute & prudentiâ securus.
- h) Eleganter pro secundò.
- i) A tali Officio.
- l) Id est, loco ipsius constituatur Decanus.
- m) Quem modò Priorem appellamus.
- n) Intellige, quoad depositionem, non verò

quoad numerum præviarum admonitionum; hic enim quater monendus est juxta cap. 65.

27. vel 28. FEB. 29. JUN. 29. OCTOB.

CAPUT XXII.

Quomodo dormiant Monachi.

Singuli per singula lecta *a* dormiant lectisternia *b* pro modo conversationis *c* secundum dispositionem Abbatis sui accipiant. Si potest fieri, omnes in uno loco dormiant *e*; Si autem multitudo non finit, deni aut viceni cum Senioribus *f*, qui super eos solliciti sint, pausent *g*. Candela jugiter in eadem cella *h* ardeat usque mane *i*. Vestiti dormiant *l*, & cincti cingulis *m* aut funibus: & cultellos suos ad latus non habeant, dum dormiunt, nè fortè per somnum vulnerentur *n* dormientes: & ut parati sint Monachi semper, & facto signo absque morâ surgentes, festinent se invicem prævenire ad Opus Dei, cum omni tamen gravitate & modestiâ. Adolescenten-

lescentiores Fratres juxta se non habeant lecta p, sed permixti q cum Senioribus. Surgentes verò ad Opus Dei invicem se moderatè cohortentur r propter somnolentorum excusationes.

- a) *Ad consulendum magis castitati, nè, dum ad invicem proximant corpora, nutriantur libidinis incentiva. Ex Posthumio & Fruetioso. Invenitur autem lectum pro lectus apud Ulpianum & alios.*
- b) *Per qua Smaragd. Turrecr. &c. intelligunt loca, in quibus sternuntur lecti. Alii communiùs omne illud, quo lectus sternitur vel paratur.*
- c) *Id est, secundùm qualitatem loci, in quo versantur, ex Boërio; vel juxta alios, secundùm rationem ætatis, debilitatis, necessitatis &c.*
- d) *Inter quos ipsum etiam Abbatem comprehendi volunt Concilium Francof. & alii.*
- e) *Ut sibi invicem sint testes honestatis. Quamvis autem dormitoria non fuerint olim distincta parietibus & cellis, ut nunc sunt, & postea Benedictus XII cellas invalescentes è dormitorio per totum Ord-*

nem eliminārit ; Posterioribus tamen sa-
culis propria cuius cella more quorundam
Veterum fuit assignata, tum ad vitanda
plura incommoda, tum propter honestatem
& majorem commoditatem pro lectione pri-
vatā, oratione, cæterisque exercitiis spi-
ritualibus. Quo nihilominus modo adhuc
in uno loco dormire censetur, ait Perez.
f) Per quos aptè intelliges Decanos juxta
cap. præced.
g) Vox satīs usitata pro' quiescant vel dor-
miant.
h) Sive dormitorio.
i) Nequid inordinatè per tenebras agatur.
l) Scrupulosior hīc est Jacobus de Grassi
è Monasterio Cassinensi, fusè propugnans
eum peccare mortaliter, qui etiam in cellā
vel lecto non est indutus Scapulari Mo-
nastico caputiato. Contradicunt rectè alii ;
cū neque ex vi juris communis, neque
ex naturā rei vel statū Religiosi, nec ra-
tione Votorum de simili obligatione constet.
Meri proinde consilii & in materiā levi est,
quod hīc præscribit Regula ; velut etiam
patet ex causali adjunctā : ut parati
sint &c.

m) Qua

- m) *Quæ sunt symbolum castitatis ac promptitudinis ad bene operandum.*
 n) *Alii legunt, vulnerent.*
 o) *Particula et melius vel omittitur, vel ponitur post ut. Connectuntur autem sequentia cum sensu superiore, in quo jubentur dormire vestiti & cincti.*
 p) *Seu lectos.*
 q) *Alii legunt mixtim vel permixtim cum Senioribus, scil. propter disciplinam.*
 r) *Sive admoneant, sonitu potius aliquo vel strepitu, quam voce, ut alibi monstrabitur.*

28. vel 29. FEBR. 30. JUNII. 30. OCTOB.

CAPUT XXIII.

De Excommunicatione culparum.

Siquis Frater contumax *a*, aut inobediens, aut superbus *b*, aut murmurans *c*, vel in aliquo *d* contrarius existens sanctæ Regulæ *e* & præceptis Seniorum suorum *f*, contemptor *g* reperi- tus fuerit, hic secundum Domini nostri præceptum *h* admoneatur semel & secundò secretè à Senioribus suis. Si non emendaverit, objurgetur publicè coram

coram omnibus. Si verò neque sic cor-
rexerit; si intelligit, qualis pœna fit, ex-
communicationi subiaceat *i*. Si autem
improbus *l* est, vindictæ *m* corporali
subdatur *n*.

- a) *Sive obstinatus in malo.*
- b) *Utrobique subintellige, graviter.*
- c) *Scil. exterius cum scandalo.*
- d) *Putat, in materiâ gravi vel secundum rem ipsam, vel secundum affectum aut circumstantias.*
- e) *Quomodo sanctæ, dicitur c. 65.*
- f) *Varia hîc lectio & interpunctio: Quidam comma faciunt post Regulæ; quidam post præceptis, addentes vel subintelligentes particulam Si Seniorum; Alii melius post Seniorum suorum.*
- g) *Sive ex contemptu transgrediens in prædictis. Tunc autem agit aliquis vel transgreditur ex contemptu, quando voluntas ejus renuit subjici ordinationi legis vel Regulæ, & NB. ex hoc procedit ad faciendum contra legem vel Regulam; non verò si ex concupiscentiâ, irâ vel aliquâ aliâ causâ id faciat,*

faciat, etiamsi frequenter. Ità S. Thomas 2. 2. q. 186. a. 9. ad 3. Posterius tamen facile inducet contemptum interpretativum.

h) Ut Matth. 18. Si peccaverit in te frater tuus, &c.

i) Excommunicatio in genere est privatio vel exclusio à communione cæterorum. Et quidem aliqui S. PATREM intelligi volunt de excommunicatione purè regulari; alii verò probabiliùs etiam de Ecclesiasticâ: Nam in hoc cap. prærequirit contumaciam, contemptum, ac trinas admonitiones prævias; alibi verò, ut cap. 25. 26. 27. & 44. ponuntur alia veræ excommunicationis Ecclesiasticæ indicia. Habuit certè S. P. perinde, ut alii Abbates etiam non Presbyteri, ex veteri jure vel consuetudine authoritatem Ecclesiasticam excommunicandi, cum fuerit plus quàm simplex Abbas, & institutus ab eo Ordo, suo etiam tempore ab Episcopo loci, ipsâque Sede Apostolicâ tacitè approbatus; id quod tunc sufficiebat, neque opus erat expresso Diplomate, eò quòd Ecclesia id sibi nondum, sed imprimis sub Innoc. III. reservârit.

l) *Sive impœnitens in tali excommunicatione.*
 m) *Seu afflictioni per disciplinas, verbera &c.*
 n) *Sive subjiciatur. Et licet hoc in se le-*
vius fit, quàm ipsa excommunicatio; sape
tamen fit, ut, qui non respiscit ex peri-
culo animæ, ex corporali afflictione sanetur.

I. MART. I. JULII. 31. OCTOBR.

CAPUT XXIV.

Qualis debeat esse modus excom-
municationis.

Secundùm modum *a* culpæ, excom-
 municationis vel disciplinæ *b* debet
 extendi mensura: Qui culparum modus
 in Abbatis pendet iudicio. Siquis ta-
 men Frater in levioribus culpis *c* inve-
 nitur, à mensæ participatione privetur.
 Privati autem à mensæ confortio ista erit
 ratio *d*, ut in Oratorio Psalmum aut An-
 tiphonam non imponat *e*, neque Lectio-
 nem recitet, usque ad satisfactionem *f*.
 Refectionem cibi post Fratrum refectionem
 solus accipiat: ut si verbi gratiâ
 Fratres reficiant sextâ *g* horâ, ille Fra-
 ter

ter nonâ h; Si Fratres nonâ, ille Vespere
râ i, usque dum satisfactione congruâ
veniam consequatur.

- a) *Id est, juxta qualitatem, seu gravitatem
aut levitatem.*
- b) *Intellige, pœnalis, seu pœnitentiæ.*
- c) *Per quas Boërius intelligit peccata venia-
lia; Alii verò etiam transgressiones purè
regulares.*
- d) *Sive lex, vel conditio.*
- e) *Id est, solus incipiat, seu intonet. Ex Boë-
rio. Potesit proinde talis [hæc enim ex-
communicatio est tantùm pœna Monastica]
interesse Divinis, & cum aliis psallere,
non tamen Epistolam vel Evangelium le-
gere, aut Missam celebrare publicè; quia
privatus minoribus propter delictum, et-
iam privatus esse censetur majoribus. Ex
eodem.*
- f) *Ejus modum exprimit S. P. infrà c. 44.*
- g) *Intellige, inæquali & à solis ortu compu-
tatâ, juxta dicta c. 8. Estque nostra 12ma.*
- h) *Quæ apud nos est 3tia circiter pomerid.*
- i) *Alii legunt, Vespertinâ, id est, horâ an-
tecedente solis occasum.*

2. MART.

2. MART. 2. JUL. I. NOVEMB.

CAPUT XXV.

De gravioribus culpis a.

Is autem Frater, qui gravioris culpe noxâ tenetur *b*, suspendatur *c* à mensâ simul & Oratorio: Nullus ei Fratrum in ullo jungatur confortio, neque in colloquio. Solus sit ad opus sibi injunctum, persistens in pœnitentiæ luctu, sciens illam terribilem Apostoli sententiam dicentis *d*, traditum hujusmodi hominem Sâtanæ in interitum carnis *e*, ut Spiritus salvus sit in die Domini. Cibi autem refectionem solus percipiat, mensurâ vel horâ, quâ præviderit ei Abbas compètere *f*. Nec à quoquam benedicatur transeunte *g*, nec cibus, qui ei datur.

a) *Quanam censeantur, videri potest in Statutis nostris Bursfeld. pag. 204.*

b) *Sive reus est.*

c) *Id est, excludatur ad tempus.*

d) *1. Cor. 5.*

e) *Id est, ut in corpore vexetur, & morbis aut vulneribus à diabolo affligatur, ut sic pœni-*

paeniteat & salvetur in die iudicii. Ex
Ambr. Chrysof. &c.

f) Id est, quantum & quando Abbas volue-
rit. Fit autem passim in pane & aqua,
ex more veterum. Ex quo item includi
solent carceri, aut cellulae separatae.

g) Per quae verba negatur salutatio, quam
hoc modo olim factam fuisse colligitur ex
c. 53. & 63. Regulae. Privatatur proinde
in hoc cap. excommunicatus omnibus iis,
quibus privat excommunicatio verè Eccle-
siastica juxta vulgarem versum: Os, Ora-
re, Vale, Communio, Mensa negatur.
De qua etiam excommunicatione locum ci-
tatum Apostoli intelligunt S. Aug. & alii
passim.

3. MART. 3. JULII. 2. NOVEMB.

C A P U T XXVI.

De his, qui sine iussione Abbatis jun-
gunt se excommunicatis.

Siquis Frater praesumpserit, sine iussio-
ne Abbatis Fratri excommunicato quo-
libet modo se jungere a aut loqui cum
eo,

eo, vel mandatum ei dirigere *b*, similem fortiatur *c* excommunicationis vindictam.

a) Sive associare.

b) Id est, aliquid nunciare vel insinuare; quo eodem sensu dixit Virgilius lib. 8. *Æneid.* Multa patri mandata dabat portanda.

c) Sive incurrat excommunicationem: nimirum vel purè Monasticam, si egerit cum talibus, de quibus c. 24. vel etiam Ecclesiasticam, si cum talibus, de quibus c. 23. & 25.

4. MART. 4. JULII. 3. NOVEMB.

CAPUT XXVII.

Qualiter debeat Abbas esse sollicitus circa excommunicatos.

Omni sollicitudine curam gerat Abbas circa delinquentes Fratres; quia non est opus sanis Medicus, sed malè habentibus *a*. Et ideo uti debet omni modo *b*, ut sapiens Medicus; immittere quasi *c* occul-

occultos consolatores sempectas *d*, id est,
 Seniores sapientes Fratres, qui quasi se-
 cretè consolentur Fratrem fluctuantem *e*,
 & pròvocent eum ad humilitatis satisfa-
 ctionem *f*, & consolentur eum, nè a-
 bundantiori *g* tristitiâ absorbeatur: Sed
 sicut ait Apostolus *h*: Confirmetur in eo
 charitas *i*; & oretur pro eo ab omni-
 bus *l*. Magnopere enim debet sollicitu-
 dinem gerere Abbas, & omni sagacita-
 te & industriâ curare, nè aliquam de ovi-
 bus sibi creditis *m* perdat. Noverit enim,
 se infirmarum curam suscepisse anima-
 rum, non super fanas tyrannidem. Et
 metuat Prophetæ comminationem, per
 quem dicit Deus *n*: Quod crassum vi-
 debatis, assumebatis *o*, & quod debile
 erat, projiciebatis. Et Pastoris boni *p*
 pium imitetur exemplum, qui relictis
 nonaginta novem ovibus *q* in monti-
 bus *r* abiit, unam ovem *s*, quæ erra-
 verat, quærere: Cujus infirmitati in-
 tantum compassus est, ut eam in sacris
 humeris suis dignaretur imponere *t*, &
 sic reportare ad gregem *u*.

a) Ex Matth. c. 9.

b) Sive

- b) Sive adhibere omnis generis remedia, quibus sanentur: qualia videre est cap. seq.
- c) Licet enim ex commissione Abbatis accedant, illam tamen manifestare non expedit, sed solum paternum vel fraternum compatientis animi affectum.
- d) Vox minus usitata. Smaragdus graecum dicit, non probat. Haeftenus cum aliis legendum putat *sympectas*, graecè συμπαράστας, quod ex notis Rosweydi significat collusores. Hic proinde putem, non ineptè sumi pro Confratribus, qui cum Apostolo sunt omnibus omnia facti. Pleraque editiones recentiores legunt *senipetas*, id est, senium petentes sive appropinquantes senio.
- e) Id est, in mœrore constitutum, & variis propterea animi motibus quasi fluctibus agitatum.
- f) Id est, hortentur, ut per talem pœnitentiam se humiliare discat, & satisfacere pro priore suâ superbiâ & contumaciâ.
- g) Sive nîmiâ.
- h) 2. Cor. 2. ex quo desumptus est sensus procedens, & solus immediatè subsequens.
- i) Non sua, ut vult Haeftenus; qualis enim illa in excommunicato? Sed aliorum erga illum,

l)

m)
n)

o)

p)
q)

r)
s)

t)

u)

v)

illum, exhibendo illi majora charitatis officia. Patet ex Vulgatâ, ubi legitur: in illum.

l) Intercedendo vel apud Abbatem, vel apud Deum oratione privatâ; nam publica non licet.

m) Id est, curæ suæ commissis.

n) Ezech. 34. non quidem iisdem verbis, sed similibus.

o) Id est, quod pingue & forte videbatis in grege meo, assumebatis [sive ut legit Vulgata: occidebatis] pro vobis, sive in commodum vestrum. &c.

p) Scil. Filii Dei.

q) Puta, novem Angelorum choris.

r) Æternis, sive in celo.

s) Intellige, gentem humanam in terris.

t) Nam languores nostros & peccata ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. Isa. 53.

u) Scil. electorum.

5. MART. 5. JULII. 4. NOVEMB.

CAPUT XXVIII.

De his, qui sæpius correpti non emendaverint.

Si-

Siquis Frater frequenter correptus fuerit pro quâlibet culpâ, si etiam excommunicatus non emendaverit, acrior a ei accedat correctio; id est, ut verberum vindicta *b* in eum procedat. Quod si nec ita correxerit, aut fortè [quod absit] in superbiam elatus, etiam defendere voluerit opera sua, tunc Abbas faciat, quod sapiens Medicus. Si exhibuit fomenta *c*, si unguenta adhortationum, si medicamina Divinarum Scripturarum, si ad ultimum ustionem *d* excommunicationis, vel plagas virgarum; & jam si viderit, nihil suam prævalere *e* industriam, adhibeat etiam, quod majus est, suam & omnium Fratrum pro eo orationem *f*, ut Dominus, qui omnia potest, operetur salutem circa infirmum Fratrem. Quod si nec isto modo sanatus fuerit, tunc jam Abbas utatur ferro abscissionis *g*, ut ait Apostolus *h*: Auferte malum ex vobis *i*. Et iterum: Infidelis si discedit, discedat: nè una ovis morbida *m* omnem gregem contamineat *n*.

a) *Non in se, sed respectu talis improbi, qui plus cuti suæ, quàm animæ metuet.*

- b) *Sive pœna.*
- c) *Fomentum dicitur illud, quo aliquid fove-
mus contra frigus sive externum in corpo-
re, sive internum in animo vel vitâ spi-
rituali.*
- d) *Per analogiam ad maleficum, qui in fron-
te aduritur cauterio, sicque ab hominum
commercio arcetur.*
- e) *Id est, efficere.*
- f) *Putat, in privato, ut dictum supra.*
- g) *Idem ante & post tempora D. BENE-
DICTI placuit S. August. Basil. & aliis.
Nihilominus Caput fin. Extra. de Reg.
& Sacrum Concilium Trident. districtè vo-
lunt, tales mancipari carceri: Post an-
num verò, si ibidem non resipiscant, ex
Decreto Urbani VIII. ejici possunt. Vid.
Statuta Bursfeld. pag. 214.*
- h) *I. Cor. 5. Sequens autem, ib. c. 7.*
- i) *Hoc est, ex vestrà Societate.*
- l) *Qualis censetur excommunicatus, juxta il-
lud Matth. 18. Si Ecclesiam non au-
diêrit, sit tibi sicut ethnicus & publi-
canus.*
- m) *Seu scabiosa.*
- n) *Id est, totam Congregationem malo exemplo
depravet.*

6. MART.

6. MART. 6. JULII. 5. NOVEMB.

CAPUT XXIX.

*Si debeant iterum recipi Fratres ex-
euntes de Monasterio.*

Frater, qui proprio vitio egréditur aut
projicitur de Monasterio, si reverti
voluerit, spondeat prius omnem emen-
dationem vitii, pro quo egressus est; &
sic in ultimo gradu recipiatur, ut ex hoc
ejus humilitas comprobetur. Quòd si
denuo exiêrit, usque tertio ita recipiatur;
jam verò postea sciat omnem sibi rever-
sionis áditum denegari a.

a) *Intellige, justè & meritò ad terrorem alio-
rum, & boni communis ac disciplina con-
servationem; etsi ex misericordiâ Abbatis
ulteriùs recipi possit. Ità Boërius, Tur-
recrem. &c. Nec obstat illud Christi ad
Petrum, ut dimittat non tantum septies,
sed usque septuagies septies Matth. 18.
Hoc enim nihil probat, nisi privatam re-
missionem offensa.*

7. MART.

7. MART. 7. JULII. 6. NOVEMB.

CAPUT XXX.

De pueris minori ætate, qualiter corripiantur.

Omnis ætas vel intellectus proprias debet habere mēsuras *a*: ideóque quoties pueri vel adolescentiores ætate *b*, aut qui minüs *c* intelligere possunt, quanta pœna fit excommunicationis, hi tales dum delinquunt *d*, aut jejuniis nimis *e* affligantur, aut acribus verberibus coërceantur *f*, ut sanentur.

- a) *Id est, modos, quibus regatur.*
- b) *Usque ad annum 15. ut dicitur cap. 70.*
- c) *Eleganter pro non, vel non satís.*
- d) *Ità videlicet graviter, ut mererentur excommunicari.*
- e) *Vox satís usitata pro magnis vel multis.*
- f) *Non à quolibet; sed cui potestas ab Abbate data fuerit, ex cap. cit. Nec indiscretè, ut ib. cavetur; sed quantum requiritur, ut sanentur, sive emendentur.*

8. MART.

8. MART. 8. JULII. 7. NOVEMB.

CAPUT XXXI.

De Cellerario Monasterii.

Cellerarius a Monasterii eligatur de b
 Congregatione c sapiens, matu-
 rus d moribus, sobrius, non multum
 edax, non elatus e, non turbulentus,
 non injuriosus f, non tardus g, non pro-
 digus; sed timens Deum, qui omni h
 Congregationi sit sicut Pater. Curam
 gerat de omnibus: sine jussione i Abba-
 tis nihil faciat: quæ jubentur, custodiat:
 Fratres non contristet. Siquis autem
 Frater ab eo fortè aliquid irrationabili-
 ter postulat, non spernendo eum contri-
 stet; sed rationabiliter cum humilitate
 malè petenti déneget. Animam suam
 custodiat l, memor semper illius Apo-
 stolici m, quia qui bene ministraverit,
 gradum bonum n sibi acquirit. Infir-
 morum, infantum, hospitem paupe-
 rumque cum omni sollicitudine curam
 gerat, sciens sine dubio, quia pro his
 omnibus in die judicii rationem reddi-
 turus est. Omnia vasa Monasterii cun-
 ctam-

ctar
 vafa
 neg
 neq
 star
 ratè
 Abl
 a)
 b)
 c)
 d)
 e)
 f)
 g)
 h)
 i)
 l)
 m)
 n)

Etámque substantiam o ac si p Altaris
 vasa sacrata q conspiciat r; nihil ducat
 negligendum s. Neque avaritiæ studeat,
 neque prodigus sit aut stirpator t sub-
 stantiæ Monasterii, sed omnia mensu-
 ratè u faciat, & secundùm jussionem
 Abbatis.

- a) *Vel Cellarius, græcè Κελλάριος, id est, provisor, dispensator seu administrator rei familiaris.*
- b) *Non à, sed de, per Abbatem.*
- c) *Prohibuit quippe expressè Benedictus XII. ne seculares & extranei quicumque ad hoc munus eligerentur.*
- d) *Alii legunt, maturis moribus.*
- e) *Sive superbus.*
- f) *Alii legunt; jurgiosus, id est, contentiosus.*
- g) *Quia hilarem datorem diligit Deus, & homo.*
- h) *Id est, toti, vel omnibus æqualiter.*
- i) *Sive licentiâ.*
- l) *Sic transeundo per bona temporalia, ut non amittat æterna.*
- m) *Subintellige, dicti, 1. Tim. 3.*
- n) *Gratiæ scil. ac meritorum apud Deum & homines.*
- o) *Id*

- o) *Id est, supellectilem aliave bona.*
 p) *Vel tanquam.*
 q) *Nam & ista Deo consecrata sunt, & in usum talium, qui Deo sunt consecrati.*
 r) *Sive tractet.*
 s) *Id est, nihil ex omnibus negligat.*
 t) *Verbum vetus ac familiare Italis pro exstirpator, id est, dilapidator.*
 u) *Id est medium teneat inter avaritiam & prodigalitatem.*

9. MART. 9. JULII. 8. NOVEMB.

Humilitatem ante omnia habeat: & cui substantia non est quæ tribuatur *a*, sermo responsionis porrigatur *b* bonus, ut scriptum est *c*: Sermo bonus super datum optimum. Omnia, quæ ei injunxerit *d* Abbas, ipse habeat sub curâ suâ; à quibus eum prohibuerit, non præsumat *e*. Fratibus constitutam antoniam *f* finè aliquo typho *g* vel morâ offerat *h*, ut non scandalizentur *i*: memor Divini eloquii *l*, quid mereatur, qui scandalizaverit unum de pusillis *m*. Si Congregatio major *n* fuerit, solatia *o* ei dentur, à quibus adjutus & *p* ipse æquo animo

animo q, impleat officium sibi commis-
sum. Horis competentibus dentur, quæ
danda sunt, & petantur, quæ petenda
sunt, ut nemo perturbetur, neque con-
tristetur in domo Dei r.

- pro ex- a) Eleganter pro, tribui non potest.
tiam b) Sive detur.
EMB. c) Eccli. 18. non iisdem, sed similibus verbis.
eat: & d) Sive commiserit.
tribua- e) Subintellige, habere sub curâ.
gatur f) Id est, victum &c.
bonus g) Id est, tumore vel fastu, præsertim exte-
, quæ riore in verbis, à græco verbo τὸ ὕψωμα
eat sub- superbio. Ità Smaragd. Turrecr. & alii.
rit, non Perez legit typo, & explicat pro interval-
am an- lo, idipsum probans ex Græco, & Isidoro.
l morâ h) Ità, ut non sit necesse diù multùmque po-
i: me- stulare.
ur, qui i) Id est, offendatur vel contristetur cum pe-
m. Si riculo labendi in peccata impatientiæ, mur-
tia o ei murationis &c.
æquo l) Sive dicti apud Matth. c. 18.
animo m) Id est, infirmis sive ætate, sive inno-
centiâ.
n) Pro quâ Kraesbeck ponit numerum Apo-
stoli-

stolicum seu duodenarium Religiosorum
Boërius requirit ultra 12. Alii apud Tur-
recrem. saltèm 30. Putem ego, quoad
Officium Divinum ordinarium teneri posse
cum prioribus : Quantum verò ad sta-
tuendos Decanos vel Adjuutores ; cum aliis.

- o) Vox frequens in Regulâ & apud Scri-
ptores pro Adjuutoribus.
- p) Pro etiam, ut alibi sæpe.
- q) Id est, sine mærore ac perturbatione.
- r) Non sumitur hic pro templo, sed Mona-
sterio.

IO. MART. IO. JUL. 9. NOVEMB.

CAPUT XXXII.

*De ferramentis vel rebus Mona-
sterii.*

Substantiæ *a* Monasterii in ferramen-
tis *b* vel vestibus, seu quibuslibet re-
bus, provideat *c* Abbas Fratres, de quo-
rum vitâ & moribus securus sit; & eis
singula, ut utile judicaverit, consignet
custodienda atque recolligenda. Ex qui-
bus Abbas Brevem *e* teneat, ut, dum
fibi

forum
Tur-
quoad
i posse
d sta-
n aliis.
Scri-
ne.
Mona-
MB.
ma-
men-
et re-
quo-
& eis
net d
c qui-
dum
fibi

sibi in ipsa assignata f Fratres vicissim succedunt, sciat, quid dat aut quid recipit. Siquis autem sordidè aut negligenter res Monasterii tractaverit, corripiatur: Si non emendaverit, disciplinæ regulari subjaceat.

- a) *Id est, supellectili vel bonis.*
b) *Sive instrumentis aliisque rebus ex ferro confectis.*
c) *Id est, præficiat.*
d) *Sive assignet, vel tradat.*
e) *Alii legunt, Breve, seu parvum Registrum, quod vulgò Inventarium dicunt.*
f) *Id est, in ipsas res assignatas, sive in eorum curam vel custodiam.*
-

II. MART. II. JUL. IO. NOVEMB.

CAPUT XXXIII.

Si a debeant Monachi aliquid proprium habere.

Præcipuè hoc vitium radicitus amputandum b est de Monasterio, nequis præsumat aliquid dare aut accipere finè

jussione c Abbatis, nec aliquid habere
 proprium d: Nullam omnino rem, ne-
 que codicem, neque tabulas e, neque
 graphium f; sed nihil omnino; quippe
 quibus nec corpora sua h, nec volunta-
 tes i licet habere in propriâ potestate.
 Omnia verò necessaria à Patre l sperare
 Monasterii; nec quidquam liceat habe-
 re, quod Abbas non dederit, aut per-
 miserit. Omniaque sint omnibus com-
 munia, ut scriptum est n; Nec quis-
 quam suum aliquid esse dicat, vel præ-
 sumat o. Quòd si quisquam huic p ne-
 quissimo q vitio deprehensus fuerit de-
 lectari, admoneatur semel & iterum: Si
 non emendaverit, correptioni r subjaceat.

a) *Pro An, vel Utrum.*

b) *Sive omnino eradicandum ex corde, ore
 & opere, inquit Turrecrem.*

c) *Sive licentiâ per Abbatem vel immediatè,
 vel mediatè concessâ.*

d) *Neque in re, neque in affectu; nec in
 dominio, nec usu independente à volunta-
 te Superioris sive quoad substantiam, sive
 quoad modum vel tempus: ex vetere enim
 verbo*

verbo *Monachus habens obolum non valet obolo.*

e) *Sive pugillares, in quibus scribitur stylo.*

f) *Quo in tabulis scribitur. Estque secundâ brevi, ex Ovid. &c.*

g) *Vel utpote: estque argumentatio à majore ad minus.*

h) *Hæc enim partim dedicata sunt Deo per votum castitatis; partim Superioribus tradita in ordine ad officia corporalia, disciplinas &c.*

i) *Utpote abdicatas per Votum obedientiæ.*

l) *Putæ, Abbate, vel etiam Cellerario juxta c. 31.*

m) *Subintellige ex priore vel sequente sensu, licet vel liceat.*

n) *Act. 4. de primis fidelibus.*

o) *Id est, sibi imaginetur. Non desunt fanè, qui sic loquentem arguant peccati mortalis: quibus consentio, si cordis affectus verbis respondeat.*

p) *Alii melius legunt, hoc.*

q) *Est enim proprietas violatio voti paupertatis, ac species furti ex Lessio & aliis; imò & Sacrilegii ex S. Basil. Multorum certè vitiorum fœcunda parens.*

5) *Intellige, publicæ; Si verò neque sic cor-
rexerit, procedendum est ad pœnam di-
ctatam à S. P. c. 55. gravissimam scil. di-
sciplinam &c. Cæterum pro directione
conscientiæ.*

NB. I. *Peccare graviter Religiosum, quoties-
cunque sine legitimi Superioris licentiâ,
vel etiam cum extortâ per metum aut do-
lum formalem, accipit vel erogat materiam
gravem. Sufficit tamen ex communi DD.
licentiâ tacita [id est talis, quæ sufficienter
colligatur vel ex alio actû expressè conces-
so, vel ex consuetudine Superiori notâ nec
reprobâtâ] sicut & præsumpta, quando Su-
perior commodè adiri non potest: quo ta-
men casu tenêris postea, cùm potes, licen-
tiam petere pro retentione ejusdem rei
non dum consumptæ vel alienatæ. Ex Sanch.
Lug. &c. 2.] Pro gravi autem materiâ
communiter reputatur pretium mediî im-
perialis, perinde ut in furto, nisi expres-
sa ABBATIS declaratio plus designet. Ubi
tamen rectè advertit Lugo, gravitatem
hujusmodi desumendam esse ex considera-
tione potissimarum circumstantiarum, qua-
les sunt quantitas & malitia rei in se,
defrau-*

defraudatio Communitatis, detrimentum Religiosæ disciplinae, Superior graviter invitatus &c. Hinc facilius graviter peccas accipiendo pecunias & res pretiosas, quàm alia pertinentia ad victum & vestitum; facilius dando, quàm accipiendo, commodando vel permutando; facilius denique res Monasterii concedendo extraneis, quàm alteri de Conventu. Sed & illud constat inter DD. etiam in re minimâ peccari graviter, si animo obfirmato penitus excludatur resignatio in voluntatem Superioris.

3.] Quamvis religiosus in usu rerum concessarum attendere teneatur ad intentionem Superioris, licitum tamen est ex pecuniis ad liberum usum concessis dare eteemosynas, facere moderatas donationes, ludere pretio moderato secundum consuetudinem Ordinis ac Monasterii sui. Plura de hac materiâ remitto ad Theologos; Religiosum verò Benedictinum ad literam Regulæ. Constat certè ex historiis compluribus, nullâ re magis angi Religiosos in horâ mortis, quàm vitio proprietatis.

12. MART. 12. JUL. 11. NOVEMB.

CAPUT XXXIV.

Si a omnes equaliter debeant necessaria accipere.

Sicut scriptum est *b*: Dividebatur fin-
gulis, prout cuique opus erat. Ubi
non dicimus, ut personarum [quod ab-
fit] acceptio *c* sit; sed infirmitatum con-
sideratio. Ubi qui minus indiget, age-
Deo gratias, & non contristetur *d*: Qui
verò plus indiget, humilietur pro infir-
mitate *e*, non extollatur *f* pro misericor-
diâ *g*; & ita omnia membra *h* erunt in
pace. Ante omnia *i* nè murmurationis
malum *l* pro qualicunque causâ in ali-
quo qualicunque verbo vel significatio-
ne appareat. Quòd si quis deprehen-
sus fuerit, districtiori *m* disciplina sub-
datur.

a) *Id est, Utrum.*

b) *Act. 4. Et subintellige ex titulo, sic ac-
cipiant.*

c) *Quâ quis uni citra meritum plus additus
est, quàm alteri.*

d) *Si*

- d) *Si videat alium plus accipere.*
 e) *Id est, in humilitate agnoscat indigentiam suam.*
 f) *Sive in se, sive adversus alios.*
 g) *Id est, quod plus accipiat, sciens hoc ex misericordiâ fieri.*
 h) *Subintellige, Communitatis.*
 i) *Subaudi, Admonemus, quod impressa quadam addunt.*
 l) *De hoc vide notata c. 5. lect. 2.*
 m) *Id est, acriori.*

13. MART. 13. JUL. 12. NOVEMB.

CAPUT XXXV.

De Septimanariis Coquinæ.

Fratres sic sibi invicem serviant, ut nullus excusetur à coquinæ officio, nisi aut ægritudine, aut in causâ gravis a utilitatis quis b occupatus fuerit; quia exinde c major merces d & charitas e acquiritur. Imbecillibus autem procurentur solatia f, ut non cum tristitiâ hoc faciant; sed habeant omnes solatia secundum modum Congregationis g aut

positionem loci *b*. Si major Congregatio *i* fuerit, Cellerarius excusetur à coquina; vel si qui, ut diximus, majoribus utilitatibus occupantur. Cæteri verò sibi sub charitate invicem serviant. Egressurus de septimanâ / Sabbatho munditias faciat *m*; linteamina, cum quibus sibi Fratres manus aut pedes tergunt, lavet: Pedes verò tam ipse, qui egreditur *n*, quàm ille, qui intraturus est *o*, omnibus lavent *p*. Vasa ministerii sui munda & sana *q* egrediens Cellerario reconfignet *r*; qui Cellerarius itèm *s* intranti confignet *t*, ut sciat, quid dat, aut quid recipit.

- a) *Alii legunt, grandis, seu magna.*
- b) *Sive aliquis.*
- c) *Putat, ex tali servitio.*
- d) *Intellige, apud Deum; idque propter majorem humilitatem aliasque complures virtutes intercurrentes.*
- e) *Non accipitur hîc pro ipsâ virtute; sed pro dilectione vel amore apud Deum & homines.*
- f) *Id est, dentur adjutores, ut alibi dictum.*
- g) *Hoc*

- g) Hoc est, pensatâ vel multitudine, vel paucitate Monachorum.
- h) Seu situm culinæ.
- i) De hac vid. notata c. 31. lect. 2. ex Turrecrem.
- l) Id est, de servitio, quod per septimanam obivit.
- m) Sordes & pulveres extergendo, ait S. Hildegardis, vel, ut rectius Turrecremata, omnia vasa ministerii sui mundando.
- n) Hoc est, qui jam complevit servitium hebdomadale.
- o) Sive, qui servitium illud jam vult incipere.
- p) De hoc videri possunt statuta nostra Bursfeldensia pag. 148. Variæ quoque lotionis ejusdem utilitates tum corporales, tum spirituales, apud Boërium & alios.
- q) Id est, integra vel illæsa.
- r) Hoc est, numeratò restituat.
- s) Alii legunt, iterum.
- t) Vulgò extradat, vel numeratò det.

14. MART. 14. JUL. 13. NOVEMB.

Septimanarii a autem ante unam b horam refectionis accipiant super c statutam annonam singulos biberes d & panem;

nem; ut horâ refectiois finè murmuratione & gravi labore ferviant Fratribus suis. In diebus autem solemnibus e usque ad Missam f sustineant g. Intrans & exeuntes hebdomadarii, in Oratorio mox Matutinis finitis Dominicâ h omnium i genibus provolvantur, postulantes pro se orari. Egrediens autem de septimanâ, dicat hunc versum: Benedictus es Domine Deus, qui adjuvisti me & consolatus es me. Quo dicto tertio accipiat benedictionem egrediens. Subsequatur ingrediens, & dicat: Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina. Et hoc idem tertio repetatur ab omnibus; & acceptâ benedictione ingrediatur m.

- a) *Per quos hodie dum intellige ministros mensæ.*
- b) *tò una vel redundat, vel denotat id faciendum tantum in prandio, non in cenâ; vel denique sensus est, unâ horâ ante refectioem, id est intra horam illam, que præcedit communem refectioem Fratrum.*
- c) *Id est, præter statutas alii portiones: cum enim*

enim plus laboris postea habeant in servi-
tio, plus etiam cibi & potus ipsis merito
conceditur.

d) *A nomin. biber.* Alii legunt, singulas
biberes, à *Nomin. biberis.* Videtur hæc
vox derivata à Verbo *bibo*: Hinc Marti-
nius in Lexico suo eam interpretatur potum.
Bern. verò Cassinensis, Turrecrem. & alii
dicunt biberes esse parva vascula, capien-
tia unum moderatum haustum: quale va-
sculum Theodemarus Abbas Cassinensis mi-
sisse legitur Carolo Magno. Alii volunt
biberes & panem esse idem, quod mix-
tum, de quo agetur c. 38.

e) *Putat, Dominicis & festivitibus majo-
ribus.*

f) *Intellige, principalem, sive summum sa-
crum finitum. Ex Smaragdo.*

g) *Subaudi, jejunium; tum propter festivi-
tatem, tum etiam propter sacram commu-
nionem tunc usitatam. Colligitur etiam
hinc, quòd aliis diebus vel ministri jen-
taverint ante Missam, vel Missæ lectæ non
fuerint.*

h) *Id est, post finitas Laudes diei Dominicæ.*

i) *Intellige, in communi, non singulorum si-
gillatim.*

l) *Sub-*

l) *Subintellige ex seqq. Et ab omnibus ter-
tione repetito.*

m) *Sive incipiat ministerium hebdomadale.*

15. MART. 15. JUL. 14. NOVEMB.

CAPUT XXXVI.

De infirmis Fratribus.

Infirmorum cura ante omnia & super
omnia adhibenda est, ut, sicut reve-
ra Christo, ita eis serviatur: quia ipse
dicturus est a: Infirmus fui, & visitastis
me. Et: Quod fecistis uni de his mini-
mis meis, mihi fecistis. Sed & ipsi in-
firmi considerent, in honorem Dei sibi
serviri, & non superfluitate sua b contri-
stent Fratres suos fervientes sibi. Qui
tamen patienter portandi sunt, quia de
talibus copiosior merces acquiritur c.
Ergo cura maxima sit Abbati, ne ali-
quam negligentiam d patiantur. Qui-
bus Fratribus infirmis sit cella super se e
deputata, & servitor timens Deum f, &
diligens ac sollicitus. Balnearum g usus
infirmis, quoties expedit, offeratur; sanis
autem

autem & maximè juvenibus tardiùs *h*
 concedatur. Sed & carniùm *i* esus in-
 firmis omninóque debilibus *l* pro repa-
 ratione *m* concedatur. At ubi *n* melio-
 rati fuerint *o*, à carnibus more solito o-
 mnes abstineant. Cura autem maxima
 fit Abbati, nè à Cellerariis *p* aut servito-
 ribus negligantur infirmi; quia ad ipsum
 respicit *q*, quidquid *r* à discipulis de-
 linquitur.

a) *In die scil. judicii, ex Matth. 25. Le-
 gitur sanè Christus ipse sub specie leprosi
 à Martyrio Monacho humeris gestatus,
 itémque à Leone IX. in lecto collocatus.*

b) *Putat, appetendo superflua in cibo, in po-
 tu, in servitio &c.*

c) *Apud Dominum Deum; per majorem scil.
 charitatem, humilitatem, mortificationem,
 patientiam, mansuetudinem &c.*

d) *Seu defectum in necessariâ medicinâ, visi-
 tatione, consolatione, cibo, potu, vel servitio,
 necnon administratione Sacramentorum &c.*

e) *Alii planiùs legunt, per se deputata, id
 est, seorsim vel separatim constructa: quam
 Cellam nunc vulgò infirmariam vocant.*

f) *Sub*

- f) Sub timore enim Dei comprehenduntur
cetera virtutes necessariae in lit. c. enu-
meratae.
- g) Intellige, domesticarum, sive in ipso Mo-
nasterio habitarum; nam vagari foras o-
mnino non expedit animabus eorum
ex cap. 66.
- h) Id est, varius, imò nunquam, propter
intercurrentes sensualitates ac pericula.
Videtur autem S. P. hic condescendisse
consuetudini sui temporis.
- i) Non bipedum tantum, ut volunt S. Fran-
ciscus, Caesareus Arelatensis & quidam
alii; Sed etiam quadrupedum, juxta com-
munem. De quo plura cap. 39.
- l) Unam ex his personam facit Smaragdus,
quasi diceretur, per longam vel gravem
aegritudinem ad debilitatem perductis.
Econtra Turrecrem. & alii communius id
ipsum concedunt duplici hominum generi,
infirmorum scil. itémque omnino debili-
um, inter quos juxta Ostiensem, Boërium &
alios etiam comprehenduntur pueri ac senes.
- m) Puta, sanitatis in infirmis, & virium ne-
cessariarum in omnino debilibus.
- n) Eleganter pro Si, vel Postquam.

o) Juxta

- o) *Juxta prudens judicium Superioris, ac Medici.*
 p) *Id est, Cellerario ejúsque adjutoribus juxta c. 31.*
 q) *Hoc est, ipsi imputatur.*
 r) *Intellige, ex ipsius negligentia vel conniventia.*

16. MART. 16. JUL. 15. NOVEMB.

CAPUT XXXVII.

De Senibus vel a infantibus.

Licet ipsa natura humana trahatur ad misericordiam in his ætatibus, senum *b* videlicet & infantum *c*; tamen & *d* Regulæ authoritas eis prospiciat. Consideretur semper in eis imbecillitas, & nullatenus eis districtio *e* Regulæ teneatur in alimentis *f*; sed sit in eis *g* pia *h* consideratio, & præveniant *i* horas canonicas *l*.

- a) *Sumitur copulativè pro et.*
 b) *Non tam ætate annorum V. G. 50. aut 60. quàm imbecillitate, juxta considerationem*

tionem Prælati, ut rectè notant Silvester, Boërius aliique, & colligitur ex consequentibus.

c) Accipiuntur hîc paulò latius pro pueris & adolescentibus usque ad annum 15. ætatis, vel juxta alios 20. & ultra, conformiter ad mox notata.

d) Hoc est, simul vel præterea; neque enim constringere hîc S. P. vult naturalem compassionem, sed illam præcepto suo magis inculcare.

e) Sive rigor. Alii vitiosè legunt, distinctio.

f) Id est, in quantitate & qualitate ciborum, juxta Turrecrem. itémque in vestimentis & aliis omnibus, sinè quibus subsistere nequeunt. Ex Boërio &c.

g) Hoc est, quantum ad eos.

h) Sive benigna vel compassiva consideratio debilitatis.

i) Magis vel minùs pro arbitrio Superioris.

l) Id est, regulares seu ordinarias comestionis.

17. MART. 17. JUL. 16. NOVEMB.

CAPUT XXXVIII.

De hebdomadario Lectore.

Mensis a Fratrum edentium lectio deesse

esse
arri
lect
grec
fas
bus
spir
sus
tam
ape
tuar
grec
file
fita
aud
mec
sim
gea
fue
pet
alig
qua
ligr
ne
cto
mix

esse non debet, nec fortuito casu *b* qui arripuerit codicem, legere audeat ibi; sed lecturus totâ hebdomodâ, Dominicâ ingrediatur *c*. Qui ingrediens post Missas & Communionem *d* petat ab omnibus pro se orari, ut avertat ab ipso Deus spiritum elationis *e*. Et dicatur hic Versus in Oratorio tertio *f* ab omnibus, ipso tamen incipiente: Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Et sic acceptâ benedictione *g* ingrediatur ad legendum, Summumque silentium fiat ad mensam, ut nullius muscitatio *h* vel vox, nisi folius legentis, ibi audiatur. Quæ verò necessaria sunt comedentibus & bibentibus, sic sibi vicissim *i* ministrent Fratres, ut nullus indigeat petere aliquid. Siquid tamen opus fuerit, sonitu cujuscunque signi *l* potius petatur, quàm voce. Nec præsumat ibi aliquis de ipsâ lectione aut aliunde quidquam requirere *m*, nè detur occasio maligno *n*: Nisi fortè Prior pro ædificatione voluerit aliquid breviter dicere. Lector autem hebdomadarius accipiat *o* mixtum *p*, priusquam incipiat legere, pro-

ester,
onse-
ris &
tatis,
miter
enim
com-
magis
ctio.
cibo-
vesti-
sub-
eratio
ris.
ionis.
TB.
ode-
esse

propter Communionem sanctam, & ne forte grave sit ei jejunium sustinere. Postea autem cum coquinæ hebdomadariis & servitoribus reficiat. Fratres autem non per ordinem legant, aut cantent; sed qui ædificent audientes.

- a) *Tam secundæ, quàm primæ, imò & in infirmitorio juxta Turrecrem.*
- b) *Sive improvisò; sed prævisâ diligenter lectione.*
- c) *Id est, incipiat legere.*
- d) *Intellige, generalem Fratrum. Ex Perez &c.*
- e) *Seu superbiæ, vel vanæ gloriæ de eleganti voce, eloquente linguâ &c.*
- f) *In honorem Ss. Trinitatis, & cum invocatione quasi singularum personarum.*
- g) *A Præside Chori, seu Sacerdote hebdomadario per Versus & Orationem consuetam.*
- h) *Est submissa locutio vel intra, vel extra os.*
- i) *Id est, mutuò, vel etiam secundum vices ministerii mensalis.*
- h) *Ut moderato sibilo, vel percussione mensæ aut rei, quæ vel in quâ aliquid deficit.*

Ex Boërio. Sunt autem hujusmodi signa usitata

usitata non modò apud Veteres Monachos ;
sed etiam apud Sæculares, multòsque Or-
dines recentiores. Porrò Scriptura & Pa-
tres talia improbantes, loquuntur de si-
gnis fraudulentis, amatoriiis, citra neces-
sitatem adhibitis, aliisque id genus.

m) Seu interrogare,

n) Id est, rei malæ, ut fabulis, nugis &c.
vel etiam diabolo, ut nos ad ejusmodi ma-
la inducat.

o) Idque licitè fit in diebus etiam jejunii Ec-
clesiastici, quod exinde non violatur, cum
mixtum illud sit inchoatio quædam pran-
dii, & illa prandii divisio fiat ex justâ cau-
sâ, secundum Regulam à Sede Apostolicâ
approbatam, nè scil. vires notabiliter de-
bilitentur. Ità S. Antonii^{nus}, Less. Tur-
recrem. aliique.

p) Accipitur à Smaragdo & Beletho pro pa-
ne & vino, quæ dari solebant communi-
catis, nequid specierum Sacramentalium
fortè in ore remanens postea exspueretur.
Melius accipitur cum S. Hildegarde pro
pane potui intincto, seu offâ; nec non pro
quovis jentaculo. Plura de his videri pos-
sunt in Statutis nostris Bursfeld. pag. 115.
& 229. ac seqq.

18. MART. 18. JUL. 17 NOVEMB.

CAPUT XXXIX.

De mensurâ ciborum.

Sufficere credimus ad refectioem quotidianam tam sextæ, quàm nonæ, omnibus mensis *b* cocta duo pulmentaria *c* propter diversorum infirmitates, ut fortè, qui ex uno non potuerit edere, ex alio reficiatur. Ergo duo pulmentaria cocta Fratribus omnibus sufficiant. Et si fuerint inde *d* poma *e* aut nascentia leguminum *f*, addatur & tertium. Panis libra una propensa *g* sufficiat in die, sive una sit refectio, sive prandii & cœnæ. Quòd si cœnaturi sunt, de eadem librâ tertâ pars à Cellerario reservetur, reddenda cœnaturis. Quòd si labor fortè factus fuerit major, in arbitrio & potestate Abbatis erit, si expediat aliquid augere, remotâ præ omnibus crapulâ *h*, ut nunquam subripiat *i* Monacho indigeries *l*; quia nihil sic contrarium est omni *m* Christiano, quomodo crapula, sicut ait Dominus noster *n*: Videte, nè graventur corda vestra crapulâ & ebrietate

tate.
dem
quân
citate
omn
stio,
a) I
no
str
ti
b) I
ve
est
to
Et
c) D
qu
pa
na
G
pe
d) I
Et
h
e) D
n

MB. tate. Pueris verò minori ætate non eadem fervetur θ quantitas p ; sed minor, quàm majoribus, servatâ in omnibus paritate. Carnium verò quadrupedum q omnino ab omnibus abstinenceatur comestio, præter omnino debiles & ægrotos r .

a) *Id est, sive prandeatur horâ sextâ, quæ est nostra 12ma, sive horâ nonâ, quæ est nostra circiter 3tia pomeridiana, prout sol citius vel serius occidit.*

b) *Intellige, Θ mensæ primæ, quæ est Conventualium in communi, Θ secundæ, quæ est hebdomadariorum coquinæ Θ servitorum juxta cap. præced. Caterùm lectio communior habet, omnibus mensibus.*

c) *Non accipiuntur pro solâ pulte, sed pro quovis obsonio, sive pro omni eo, quod ad panem melius comedendum adhibere Monachis licet, ut sunt pisces, ova, lacticia Θ c. ex Turrecrem. Θ Statutis Bursfeld. pag 233.*

d) *Id est, si præterea habeantur. Alia lectio sat proba: Si fuerit, unde; subaudi, haberi possint.*

e) *Dicuntur quicunque fructus arborum à Plinio, Ovid. Θ c.*

f) *Sma-*

- f) *Smaragdus híc intelligit grana leguminum; Turcremata quodlibet acetarium five quaslibet herbas cum aceto & oleo sumendas: Reipsá verò sunt quaecumque fruges terræ nascentes in siliquis.*
- g) *Smaragdo idem est, quod pensata, Turcremata moderata, Gazæo propendens seu paulò major. Libra hæc non fuit Romana unciarum 12. Nec Parisina seu medicatoria unc. 16. Sed probabilius unc. 33 & semis, ex Jacobo Breulio & Cassinensibus. Concessit autem S. P. tam largam mensuram panis, tum propter paucitatem pulmentariorum; tum propter stomachos calidiores; tum denique, ut locus esset merito abstinentiæ, & plus acciperent pauperes.*
- h) *Sumitur híc latiùs pro intemperantiâ in cibo.*
- i) *Vox obsoleta, pluribus tamen Scriptoribus eodem sensu usitata; pro quâ jam magis latinè legitur, subrepat, hoc est, eveniat.*
- l) *Magis latinè cruditas; est vitium stomachi nequeuntis ea concoquere, quæ susceptim)*
- m) *Alii legunt, homini.*

n) Luc.

n) *Luc. 21.*

o) *Id est, concedatur.*

p) *Panis scil. aut ciborum.*

q) *Hinc inferunt S. Hildegardis, Rabanus, Abaelardus & alii pauci, licere Benedictinis comestionem bipedum seu volatilium. Contrarius est torrens aliorum, rectè arguentium à fortiori, etiam vetita esse volatilia utpote delicatiora ac pretiosiora. Unde Camaldulenses & alii legendum dicunt, etiam quadrupedum. Vel S. P. sumpsit speciem pro genere.*

r) *Quibus accedunt gaudentes dispensatione Sedis Apostolicæ. Vid. Statuta nostra pag. 139. & seqq.*

19. MART. 19. JUL. 18. NOVEMB.

CAPUT XL.

De mensurâ potûs.

Unusquisque proprium habet donum ex Deo, alius sic, alius verò sic *a*. Et ideo cum aliquâ scrupulositate à nobis mensura victûs aliorum constituitur. Tamen infirmorum *b* contuentes *c* imbecil-

H

becil-

=litatem, credimus heminam *d* vini per
 singulos *e* sufficere per diem. Quibus
 autem donat Deus tolerantiam abstinen-
 tia, propriam se habituros mercedem
 sciant. Quòd si aut loci necessitas, aut
 labor, aut ardor æstatis amplius poposce-
 rit, in arbitrio Prioris *f* consistat, confi-
 derans *g* in omnibus, nè subrepat fati-
 tas *h*, vel ebrietas: licet legamus *i* vi-
 num omnino Monachorum non esse.
 Sed quia nostris temporibus id Mona-
 chis persuaderi non potest, saltèm va-
 hoc consentiamus, ut non usque ad sa-
 tietatem bibamus, sed parcius; quia vi-
 num apostatare *l* facit etiam sapientes.
 Ubi autem necessitas loci exposcit *m*,
 nec superscripta mensura inveniri pos-
 sit, sed multò minus, aut ex toto nihil
 benedicant Deum *n*, qui ibi habitant,
 non murmurent. Hoc ante omnia ad-
 monentes *o*, ut absque murmurationi-
 bus *p* sint.

a) Ex Apostolo 1. Cor. 7.

b) Non corpore, ut vult Perez; sed animo
 recusante abstinentiam à vino. Ex Sma-
 ragdo

ragdo &c. Idque satis patet ex contextu,
& c. 43.

- c) Sive, ut alii legunt, considerantes.
- d) Hanc varii variè capiunt: alii pro pintâ
Parisiensi, alii pro Coloniensi, alii pro Bra-
banticâ. Recentiores nomenclaturæ dicunt
esse circiter quartam partem mensuræ Stras-
burgensis; Smaragdus & alii medium sex-
tarium, quibus concinit Fannius apud Pri-
scianum: Heminas recipit geminas
sextarius unus. Ex quo, sicut & Per-
sio, Sereno Samonico aliisque Poëtis, quos
vidi, constat secundam in hoc vocabulo esse
longam.
- e) Sive singulis.
- f) Ferragius legit, Abbatis, quem & alii
hic intelligunt.
- g) Alia lectio melior habet, considerantis.
- h) Sive nausea.
- i) Quoad sensum quidem in S. Basilio, Pa-
chomio, Hieronymo &c. Verba autem
sunt Abbatis Pastoris in Vitis Patrum l. 5.
juxta editionem Rosweydi.
- l) Id est, deficere à Deo, Religione &c. Tex-
tus autem habetur Eccli. 19.
- m) Id est, Monasterii paupertas facit.

- n) Propter occasionem majoris meriti.
 o) Subintellige sumus. Vel lege cum aliis
 admonemus.
 p) Sive de quantitate, sive de qualitate.
 Vid. etiam notata c. 5. sub finem.

20. MART. 20. JUL. 19. NOVEMB.

CAPUT XLI.

*Quibus horis oporteat reficere
 Fratres.*

A Sancto Pascha usque ad Pentecosten
 ad sextam *a* reficiant Fratres, & ad
 seram *b* cœnent. A Pentecoste autem
 totâ æstate, si labores agrorum non ha-
 bent Monachi, aut nimietas æstatis non
 perturbat *c*, quartâ *d* & sextâ *e* feriâ je-
 junent usque ad nonam *f*; reliquis ve-
 rò diebus ad sextam prandeant. Quæ
 prandii sexta, si opera in agris habue-
 rint, aut æstatis fervor nimius fuerit, con-
 tinuanda *g* erit, & in Abbatis sit provi-
 dentiâ *h*. Et sic omnia temperet atque
 disponat, qualiter & animæ salventur.
 & quod faciunt Fratres, absque ullâ
 mur-

murmuratione faciant. Ab idibus *l* au-
 tem Septembris usque ad caput *m* Qua-
 dragesimæ, ad nonam semper reficiant.
 In Quadragesimâ verò usque ad Pascha,
 ad Vesperam reficiant *n*. Ipsa tamen Ve-
 spera sic agatur, ut lumine lucernæ non
 indigeant *o* reficientes; sed luce adhuc
 diei omnia consummentur *p*. Sed & o-
 mni tempore sive cœnæ *q*, sive refectio-
 nis *r*, hora sic temperetur, ut cum luce *s*
 fiant omnia.

- a) *Quæ est nostra 12ma.*
- b) *Subintellige, horam; id est, circa vesperum.*
- c) *Subintellige, rationem jejunii mox sta-
tuendi.*
- d) *Propter initum à Judæis concilium de oc-
cidendo Christo Domino.*
- e) *Propter Dominicam passionem. Ex S. Aug.
Et quidem hac jejunandi consuetudo jam
viguit in primitivâ Ecclesiâ: jejunii au-
tem Sabbathini non meminit S. P. N. quia
receptum nondum erat, neque in Oriente,
neque universim per Occidentem.*
- f) *Quæ apud nos est circiter tertia pomeri-
diana.*

- g) *Id est, similiter servanda erit etiam in feriis quartis & sextis.*
- h) *Sive iudicio, utrum ita continuanda sit, necne.*
- i) *Alii legunt, absque iusta.*
- l) *Id est, à die 13. intelligendo exclusivè, ita ut incipiatur in festo exaltatæ Crucis.*
- m) *Seu initium.*
- n) *Ex universali consuetudine Ecclesiæ, continuatâ usque ad tempora S. Bernardi.*
- o) *Tum ad tollendam gravitatem jejunii longioris, & habendum sufficiens spatium nocturnæ quietis; tum ad distinctionem à Judæis, non solventibus jejunia ante stellæ exortum.*
- p) *Sive compleantur.*
- q) *Sic dictæ, quando bis reficitur.*
- r) *Quando tantum semel, ad vesperum.*
- s) *Subintellige, solis vel diei. Quod tamen in hisce regionibus observare vetant nimia subinde dierum brevitâs, prolixitas Officii &c.*

21. MART. 21. JUL. 20. NOVEMB.

CAPUT XLII.

Ut post Completorium nemo loquatur.
 omni

in se-
da sit,
uè, ita
is.
, con-
di.
ii lon-
m no-
à Ju-
stella
,
amen
rimia
Offi-
id,
ur.
nni

Omnium tempore *a* silentio debent stu-
 dere Monachi, maximè tamen no-
 eturnis horis *b*. Et ideo omni tempore
 five jejunii, five prandii, si tempus fue-
 rit prandii *c*, mox ut surrexerint à cœnâ,
 sedent omnes in unum *d*, & legat unus
 Collationes *e*, vel vitas Patrum, aut certè
 aliquid, quod ædificet audientes; non
 autem Heptaticum *f*, aut Regum *g*, quia
 infirmis intellectibus non erit utile *h* il-
 lâ horâ *i* hanc Scripturam audire: aliis
 verò horis legantur. Si autem jejunii
 dies fuerit, dictâ Vesperâ *l*, parvo inter-
 vallo *m*, mox accedant ad lectionem Col-
 lationum, ut diximus; & lectis quatuor
 aut quinque foliis, vel quantum hora *n*
 permittit, omnibus in unum occurrenti-
 bus per hanc moram lectionis, si quis
 fortè in assignato sibi commisso *o* fuerit
 occupatus, occurrat. Omnes ergo in u-
 num. positi *p* compleant *q*; & exeun-
 tes *r* à Completorio, nulla sit licentia
 denuo cuiquam loqui *s* aliquid. Quòd
 si inventus fuerit quisquam hanc præ-
 varicari *t* taciturnitatis regulam, gravio-
 ri vindictæ *u* subjaceat: excepto, si ne-
 cessi-

cessitas hospitem supervenerit, aut forte Abbas alicui aliquid jusserit. Quod tamen & ipsum cum summâ gravitate & moderatione honestissimè fiat.

- a) *Ad quod, perinde ut in aliis studiis, sufficit, si fiat certis temporibus & locis, vel nihil omnino loquendo, vel saltè, si causa rationalis occurrat, submissè; sicut legitur Joan. II. de Marthâ, quòd vocaverit Mariam silentio dicens: Magister adest. Ex Smaragdo.*
- b) *Id est, à Completorio conventualiter recitato usque post finem Primæ regularis die sequenti. Ex Statutis Bursfeld. pag. 129.*
- c) *Sive quo prandetur præter cœnam, vel bis in die reficitur.*
- d) *Seu congregati.*
- e) *Sive Opera Cassiani.*
- f) *Vel Heptateuchum, id est, Septenarium sacrorum librorum, qui sunt Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, & Judicum cum historiâ Ruth, juxta S. Hieron. ab Hebræis in eodem libro compactâ: Unde qui pro historiâ illâ statuunt librum specialem, dicunt Octateuchum.*

g) Sub-

- g) Subaudi, libros.
- h) Videlicet propter obscuritatem, bellorum terriculamenta, intermixtas carnales historias facile parituras somnia inhonesta &c. Ex Turrecrem. & aliis. Eademque ratio est de Canticis Canticorum &c.
- i) Id est, illo tempore dormitioni tam vicino.
- l) Sive post Vesperas.
- m) Fortè propter necessaria natura custodito, prout S. P. ait supra, ubi de Matutino.
- n) Sen ratio temporis. Ex Craesbeck &c.
- o) Haestenus ex Smaragdo subintelligit, obedientiae officio. Rectius putem commissum hic accipi substantivè pro commissione aliquâ, ut vulgò dicitur, seu quolibet negotio.
- p) Sive congregati.
- q) Lectionem Collationis, ait Turrecrem. Sed melius Francolinus, canant Completorium.
- r) Lectio melior habet, exeuntibus.
- s) Melius loquendi.
- t) Seu transgredi.
- u) Id est, poenae, vel arbitrariae juxta modum excessus, ex Turrecrem. vel disciplinae secundum Statuta nostra Bursfeld. pag. 192. in fine.

22. MART. 22. JUL. 21. NOVEMB.

CAPUT XLIII.

De his, qui ad Opus Dei, vel ad mensam tardè occurrunt.

Ad horam Divini Officii, mox ut a
auditum fuerit signum, relictis o
mnibus, quælibet fuerint in manibus *b*,
summâ cum festinatione curratur; cum
gravitate tamen, ut non scurrilitas *c* in-
veniat fômitem *d*. Ergo nihil operi Dei
præponatur. Quòd si quis ad noctur-
nas Vigilias *e* post Gloriam *f* Psalmi no-
nagesimi quarti *g* [quem propter hoc
omnino protrahendo & morosè *h* volu-
mus dici] occurrerit; non stet in ordine
suo in Choro, sed ultimus omnium stet,
aut in loco, quem talibus negligentibus
seorsum *i* constituerit Abbas; ut videat-
ur ab ipso vel ab omnibus *l*, usque dum
completo Opere Dei publicâ satisfactio-
ne *m* pœniteat. Ideo autem eos in ulti-
mo *n* aut seorsum judicavimus debere
stare, ut visi ab omnibus, vel pro *o* ipsâ
verecundiâ suâ emendentur. Nam si
foris Oratorio *p* remaneant, erit fortè
talís,

talís
aut
& d
dian
& d
tem
fun
Ver
per
pra
que
lice
tan

a)
b)

c)
d)
e)
f)
g)
h)
i)
l)
m

talibus, qui se aut recollocet & dormiat
aut certe sedeat foris, vel fabulis vacet,
& detur occasio maligno q. Sed ingre-
diantur intus, ut nec totum perdant r,
& de reliquo emendentur. Diurnis au-
tem horis, qui ad Opus Dei post Ver-
sum s & Gloriam primi Psalmi, qui post
Versum dicitur, occurrerit; lege, quâ su-
perius diximus, in ultimo stet loco; nec
præsumat sociari Choro psallentium us-
que ad satisfactionem, nisi fortè Abbas
licentiam dederit permissione suâ: ita
tamen, ut satisfaciatur reus ex hoc t.

- a) *Id est, quamprimum.*
- b) *Vid. notata c. 5. de Obedientiâ, quæ & huc spectant.*
- c) *Id est, indecentia vel levitas.*
- d) *Hoc est, locum habeat in incessu.*
- e) *Quos modò Usus Matutinum appellat.*
- f) *Seu Gloria. Vide notata c. 9. ad lit. r.*
- g) *Scil. Venite, exultemus.*
- h) *Seu tardè.*
- i) *Sive separatim, vel specialiter.*
- l) *Alii legunt, ab hominibus.*
- m) *De quâ vid. Statuta Bursfeld. pag. 215.*
- & seq.
- n) *Sub-*

n) *Subaudi, loco.*

o) *Id est, saltèm propter sui confusionem.*

p) *Alii legunt, foras sive extra Oratorium.*

q) *Id est, malæ rei, vel diabolo tentanti.*

r) *Intellige, meritum Psalmodiæ.*

s) *Scil. Deus in adiutorium.*

t) *Id est, hujus negligentia.*

23. MART. 23. JUL. 22. NOVEMB.

Ad mensam autem, qui ante Versum non occurrerit, ut simul omnes dicant Versum & orent, & sub uno *a* omnes accédant ad mensam; qui per negligentiam suam aut vitium *b* non occurrerit, usque ad secundam vicem propter id corripatur. Si denuo *c* non emendaverit, non permittatur ad mensæ communis participationem; sed sequestratus *d* à consortio Fratrum, reficiat solus, sublatâ ei suâ portione de vino usque ad satisfactionem & emendationem. Similiter autem patiatur, qui ad illum Versum non fuerit præsens, qui post cibum dicitur. Nec quisquam præsumat ante statutam horam vel postea quidquam cibi aut potûs sumere *e*. Sed & si

& si
accip
rit h
omn
datio

a) I
b) S
c) I
d) S
e) P

no
ju
at
ve
gr
m

f) S

24

De l

Q

& si cui offertur aliquid à Priore *f*, & accipere renuerit; horâ, quâ desideraverit hoc, quod prius recusavit, aut aliud omnino nihil accipiat, usque ad emendationem congruam.

- a) *Id est, unâ vel simul.*
- b) *Sive culpam.*
- c) *Id est, deinde vel postmodum.*
- d) *Sive separatus.*
- e) *Præterquam enim, quòd sit vitium gulæ; non desunt, qui dicant in clandestinâ huiusmodi acceptione latere proprietatem, atque adeò speciem furti; ideòque tam apud veteres, quàm novos Ordines Religiosos gravissimè punitur; ut disciplinâ, excommunicatione &c.*
- f) *Sive Superiore.*

24. MART. 24. JUL. 23. NOVEMB.

CAPUT XLIV.

De his, qui excommunicantur, quomodo satisfaciant.

Qui pro graviore culpâ ab Oratorio & à mensâ excommunicatur *a*, horâ, quâ

quâ opus Dei in Oratorio *b* percelebratur, ante fores Oratorii prostratus jaceat, nihil dicens, nisi tantum posito in terram capite prostratus pronus *c* omnium de Oratorio exeuntium pedibus. Et hoc tamdiu faciat, usque dum *d* Abbas judicaverit satisfactum esse. Qui dum jussus ab Abbate venerit, provolvat se ipsius Abbatis pedibus, deinde omnium Fratrum vestigiis *e*, ut orent pro eo. Et tunc, si jusserit Abbas, recipiatur in Choro vel *f* ordine, quo Abbas decreverit: ita planè, ut Psalmum aut Lectionem vel aliud quid non presumat in Oratorio imponere *g*, nisi iterum Abbas jubeat. Et omnibus horis, dum completur *h* Opus Dei, projiciat se in terram in loco, in quo stat, & sic satisfaciatur, usque dum ei iterum jubeat Abbas, ut quiescat jam ab hac satisfactione. Qui verò pro levibus culpis excommunicantur tantum à mensâ, in Oratorio satisfaciant *i*; usque ad jussionem Abbatis hoc perficiant, usque dum benedicat *j* & dicat: Sufficit.

a) Videt

- a) *Vid. notata c. 23. § seqq.*
 b) *De hoc fusiùs infrà c. 52.*
 c) *Id est, parte anteriore corporis in terrâ jacens ante pedes omnium.*
 d) *Hinc patet, Monachorum excommunicationem solere fieri ad tempus, cum è diverso ab Ecclesiâ ferri soleat indefinitè.*
 e) *Id est, plantis pedum, vel pedibus.*
 f) *Iterum copulativè pro et.*
 g) *Vid. notata c. 24. ad lit. e.*
 h) *Id est, à primo Kyrie in Horis Canonicis, secundùm Statuta Bursfeld.*
 i) *Prosternendo se in terram, ut modò dictum.*
 l) *Cujus formula secundùm Statuta p. 203. hac est: Frater, indulgeat vobis Dominus; à satisfactione cessetis.*

25. MART. 25. JUL. 24. NOVEMB.

CAPUT XLV.

De his, qui falluntur in Oratorio.

Siquis, dum pronunciat Psalmum, aut Responsorium, aut Antiphonam, vel Lektionem, fallitur *a*; nisi per satisfactionem *b* ibi coram omnibus humiliatus

tus fuerit, majori vindictæ c subiaceat: quippe qui noluit humilitate corrigere, quod negligentiam deliquit. Infantes d autem pro tali culpâ e vapulent.

a) Sive errat.

b) Puta, pro levibus G vix perceptibilibus erratis tangendo manu terram; pro gravioribus autem terram vel formas oscubando. Ex Statutis pag. 220.

c) Sive pœna, puta, arbitraria.

d) Id est, pueri vel adolescentes usque ad 15^m annum ætatis. Vid. c. 70.

e) Neglecta humiliationis.

26. MART. 26. JUL. 25. NOVEMB.

CAPUT XLVI.

De his, qui in levibus rebus delinquant.

Siquis, dum in labore quovis, in coquina, in cellario a, in ministerio, in pistrino b, in horto, in arte aliqua, dum laborat, vel in quocunque loco aliquid deliquerit, aut fregerit quidpiam, aut perdiderit, vel aliud quid excesserit ubi

ubi

ubi
Abb
trò e
fiur
maje
rò a
tant
ribu
& a
lica

a)
b)
c)
d)
e)
f)
g)
h)

i)
l)

ubi c; & non veniens continuo d ante
 Abbatem vel Congregationem, ipse ul-
 tro e satisfecerit f, & prodiderit delictum
 suum; dum per alium cognitum fuerit,
 majori subiaceat emendationi g. Si ve-
 rò animæ peccati causa fuerit latens h,
 tantum Abbati aut spiritualibus Senio-
 ribus i patefaciat; qui sciant curare sua
 & aliena l vulnera, non detegere & pub-
 licare.

- a) *Sive cellâ promptuariâ.*
 b) *Id est, in loco, in quo præparantur panes.*
 c) *Eleganter pro ubicunque.*
 d) *Seu statim; sed primum elegantius.*
 e) *Vulgò propriâ sponte, vel ex seipso.*
 f) *Intellige, se humiliando.*
 g) *Id est, acrius puniatur.*
 h) *Id est, si, quod commisit, fuerit peccatum
 occultum animæ. Additur autem animæ
 ad distinctionem à peccato seu culpâ regulari.*
 i) *Superioribus potissimum & Confessario.*
 l) *Id est, animæ suæ & aliorum. Addit autem
 S. P. sua, quia qui seipsum curare nescit,
 quomodo curabit alios?*

27. MART.

27. MART. 27. JUL. 26. NOVEMB.

CAPUT XLVII.

De significandâ horâ Operis Dei.

Nuncianda hora Operis Dei a die no-
Etique sit sub curâ Abbatis *b*: Aut
ipse nunciet *c*, aut tali sollicito Fratri in-
jungat hanc curam, ut omnia horis com-
petentibus compleantur. Psalmos au-
tem vel Antiphonas post Abbatem ordi-
ne suo, quibus jussum fuerit, imponant.
Cantare autem & legere non præsumat,
nisi qui potest ipsum officium implere,
ut ædificentur audientes. Quod cum
humilitate & gravitate, & tremore fiat,
& *d* cui jusserit Abbas.

a) *Seu Officii Divini.*

b) *Tum propter dignitatem ac sanctitatem
mysteriorum in eo contentorum; tum etiam,
quia deficientibus adbuc horologiis id con-
venientissimè dependebat à nutu Abbatis.
Alii legunt, Nunciandæ horæ... sit cu-
ra Abbati.*

c) *Quando scil. dandum sit signum; non ve-
rò quasi ipse pulsare debeat. Ex Boërio.*

d) *Sub-*

d) *Subintellige, ab eo. Cetera patent ex antedictis.*

2.8 MART. 28. JUL. 27. NOVEMB.

CAPUT XLVIII.

De opere manuum quotidiano.

Otiositas inimica est animæ *a*. Et ideo certis temporibus occupari debent Fratres in labore manuum; certis iterum horis in lectione Divinâ *b*. Ideoque hac dispositione credimus utraque tempora *c* ordinari; id est, [ut à Pascha usque ad Calendas *d* Octobris, manè *e* exeuntes à Primâ *f* usque ad horam pene quartam *g* laborent, quod necessarium fuerit. Ab horâ autem quartâ *h* usque ad horam quasi sextam *i* lectioni vacent *l*. Post sextam autem surgentes à mensâ *m*, pausent *n* in lectis suis cum omni silentio: aut fortè, qui voluerit legere, sic sibi legat, ut alium non inquietet. Et agatur Nona *o* temperiùs *p* mediante *q* octavâ horâ: & iterum, quod faciendum est, operentur usque ad Vesperum

sperum r. Si autem necessitas loci atque
 paupertas exegerit, ut ad fruges colligen-
 das per se s occupentur, non contristen-
 tur; quia tunc verè Monachi sunt t, si
 labore manuum suarum vivunt, sicut &
 Patres nostri & Apostoli. Omnia tamen
 mensuratè u fiant propter pusillanimes.

a) Multam enim malitiam docuit otio-
 sitas. Eccli. 33.

b) Seu saerâ vel ad Deum ducente: quono-
 mine etiam comprehenditur studium, pra-
 sertim Theologicum.

c) Laboris scil. ac lectionis.

d) Id est primum diem.

e) Non sumitur hic pro crepusculo matutino,
 sed pro tempore labente ab ipso ortu Solis,
 quemadmodum se explicat Marcus c. 16.
 Et valdè manè veniunt ad monumen-
 tum orto jam Sole.

f) Id est, finitâ Primâ in Officio Divino, qua
 dicenda est jam lucis orto fidere, seu in-
 cipiente primâ horâ diei ab ortu Solis com-
 putatâ.

g) Nam horâ tertiâ [apud nos circiter nonâ
 juxta prænотата superius c. 8.] plenè ela-
 psâ,

psâ, & vergente jam ad finem horâ quartâ, seu nostrâ circiter decimâ ante meridiem, dicenda est Tertia in Officio Divino. Ex Nav. Suar. &c.

h) Id est, auditâ apud nos circiter decimâ.

i) Nam ante Sextam diei, apud nos duodecimam, recitabant Sextam in Officio Divino.

l) Ad decantandum enim vel audiendum Sacrum non conveniebant diebus ferialibus, sed tantum Dominicis & festis, ex more veterum Monachorum.

m) Sexta enim erat hora prandii juxta c. 41.

n) Id est, quiescant vel dormiant; propter habitos scil. labores, nimirumque in partibus istis calorem: Cujus loco apud nos conceditur hora deambulationis & colloquutionis. Vid. Statuta pag. 138.

o) Officii Divini.

p) Seu maturius.

q) Id est, ad medietatem elapsâ: Totâ enim septimâ diei [seu nostrâ primâ post meridiem] cum mediâ horâ sequente dormiebant; & tunc excitati, præmissis signis consuetis accedebant ad decantandam Nonam. Ex Smaragdo &c.

r) Alia lectio clarior: ad Vesperam, quæ
juxta

juxta Belethum, Francol. Turrecrem. Sc.
 recitanda est horâ undecimâ, seu penulti-
 mâ ante Solis occasum, Completorium
 autem circa finem horæ duodecimæ sive ul-
 timæ diei.

- s) Id est, citra speciale præscriptum.
- t) Ex imitatione scil, veterum Monachorum;
 non autem, quasi hodie desinant esse Mo-
 nachi, si laborem manuum, quo non am-
 pliùs tantopere egent, lectione & contem-
 platione commutent: Nam ut ait Aposto-
 lus 1. Tim. 4. Corporalis exercitatio ad
 modicum utilis est, pietas autem ad om-
 nia. Suffragatur S. Thomas Opusc. 19.
 c. 5. D. Bonavent. l. de paupertate Christi
 q. 1. & 2. aliique communiter DD. pro-
 bantes, mutationem istam de consensu Su-
 periorum omnino licere: idque tantò ma-
 gis, quòd Officium Divinum jam multum
 excreverit, variisque itè Pontificum De-
 cretis modò obligemur ad studia Scholasti-
 ca. Vid. interim Statuta nostra pag. 124.
- u) Id est, moderatè, vel consideratis viribus
 singulorum.

29. MART.

29. MART. 29. JUL. 28. NOVEMB.

A Calendis *a* autem Octobris usque ad caput *b* Quadragesimæ, usque ad horam secundam plenam *c* lectioni vacent *d*; Horâ secundâ agatur Tertia *e*, & usque ad horam nonam *f* omnes in opus suum laborent, quod eis injungitur. Facto autem primo signo horæ nonæ, disjungant se ab opere suo singuli, & sint parati, dum secundum signum pulsaverit *g*. Post refectionem *h* autem vacent lectionibus suis aut Psalmis *i*. In Quadragesimæ verò diebus à mane *l* usque ad tertiam plenam *m* vacent lectionibus suis; & *n* usque ad decimam plenam *o* operentur *p*, quod eis injungitur. In quibus diebus Quadragesimæ accipiant omnes singulos codices de Bibliotheca, quos per ordinem ex integro legant: Qui codices in capite Quadragesimæ dandi sunt.

a) *Seu primâ die.*

b) *Sive initium, ut sæpe dictum.*

c) *Sive completam. Intelligitur autem secunda more veterum, computata ab ortu*

Solis

Solis per minuta illo tempore pauciora, ut patet ex supradictis.

d) *Intellige, post decantatam Primam in Officio Divino.*

e) *Canonica, seu Officii Divini.*

f) *Ità tamen, ut circa horam sextam sen nostram duodecimam, intermisso tantisper labore, persolvatur Sexta in Officio Divino juxta lect. præced.*

g) *Neutraliter, pro insonuerit vel pulsatum fuerit.*

h) *Quæ eo anni tempore juxta c. 41. fieri debebat horâ nonâ, persolutâ imprimis Nonâ Officii Divini.*

i) *Putâ, discendis memoriter vel ruminandis.*

l) *Id est, ab ortu Solis, ac finitâ Primâ in Officio Divino juxta lect. præced.*

m) *Apud nos circiter nonam matutinam.*

n) *Subaudi ex præced. Recitatâ Tertiâ Officii Divini.*

o) *Quæ est nostra circiter quarta pomeridiana.*

p) *Sextæ nihilominus ac Nonæ Officium temporibus suis, ut suprâ, persolvendo.*

30. MART. 30. JUL. 29. NOVEMB.

Ante omnia fanè deputetur unus aut duo

duo
steriu
ction
Frater
fabul
non
extol
pertu
dò:
regu
metu
trem
Dom
omn
depu
& de
possi
opus
Frater
pera
sint,
ut ef
Abb
a) M
b) I
li

duo Seniores *a*, qui circúmeant Mona-
sterium horis, quibus vacant Fratres le-
ctioni, & videant, nè fortè inveniatur
Frater acediosus *b*, qui vacat otio aut
fabulis, & non est intentus lectioni; &
non solùm sibi inutilis est, sed etiam alios
extollit *c*. Hic talis si [quod absit] re-
pertus fuerit, corripiatur semel & secun-
dò: si non emendaverit, correptioni *d*
regulari subjaceat, & taliter, ut cæteri
metum habeant. Neque Frater ad Fra-
trem jungatur horis incompetentibus.
Dominico autem die *e* lectioni vacent
omnes, exceptis his, qui variis officiis
deputati sunt. Siquis verò ità negligens
& desidiosus fuerit, ut non velit aut non
possit meditari aut legere, injungatur ei
opus *f*, quod faciat, ut non vacet *g*.
Fratribus infirmis vel delicatis *h* talis o-
pera aut ars injungatur, ut nec otiosi
sint, nec violentiâ operis opprimantur,
ut effugentur. Quorum imbecillitas ab
Abbate consideranda est.

a) *Non tam ætate, quàm prudentiâ.*

b) *Idest, tetricus vel fastidiosus in spiritua-
libus à græco nomine ἀκιδία.*

- c) *Id est, tollit ex [sive impedit à] lectione. Alii legunt, distollit, id est, aliò conver- tit vel disturbat.*
- d) *Seu pœna vel disciplina.*
- e) *Toto extra Missam & Officium Divinum.*
- f) *Non quidem servile aut mechanicum pro die Dominico; sed liberale, ut scribere orare &c.*
- g) *Sive ut non sit otiosus.*
- h) *Intellige, à naturâ, seu teneriore com- plexione.*

31. MART. 31. JUL. 30. NOVEMB.

CAPUT XLIX.

De observatione Quadragesimæ.

Licet omni tempore vita Monachi Qua-
dragesimæ observationem debeat ha-
bere a: tamen quia paucorum est ista
virtus, ideo suademus istis diebus Qua-
dragesimæ omni puritate vitam suam cu-
stodire, & omnes pariter negligentias
aliorum temporum his diebus sanctis di-
luere b. Quod tunc dignè fit, si ab o-
mnibus vitiis temperemus, orationi cum
fle-

lectione
conver.
vinum
cum pr
scribere
re com
EMB.
ime.
i Qua
eat ha
st ista
; Qua
um cu
entias
tis di
ab o
i cum
fle-
 Aetibus, lectioni & compunctioni cordis
 atque abstinentiæ operam demus. Er-
 go his diebus augeamus nobis *c* aliquid
 ad solitum pensum servitutis nostræ,
 orationes peculiare, ciborum & potûs
 abstinentiam; ut unusquisque supra
 mensuram sibi indictam *d* aliquid pro-
 priâ voluntate *e* cum gaudio sancti Spi-
 ritûs *f* offerat Deo: id est, subtrahat cor-
 pori suo de cibo, ^{de} potu, de somno, de
 loquacitate, de scurrilitate; & cum spi-
 ritualis desiderii gaudio sanctum Pascha
 expectet. Hoc ipsum tamen, quod
 unusquisque offert, Abbati suo suggerat *g*,
 & cum ejus fiat oratione *h* & voluntate:
 quia quod sinè permissione Patris spiri-
 tualis fit, præsumptioni deputabitur &
 vanæ gloriæ *i*, non mercedi. Ergo cum
 voluntate Abbatis omnia *l* agenda sunt.

a) *Ad exemplum scil. antiquorum Patrum,
 & ratione statûs, qui est luctûs & pœni-
 tentiæ ac perfectionis.*

b) *Id est, expurgare vel compensare.*

c) *Id est, superaddamus pro bono nostro.*

d) *Sive præscriptam, vel ab Ecclesiâ, vel à sa-
 crâ Regulâ aut Superioribus.*

- e) *Per Abbatem tamen ratificandâ, ut mox sequitur.*
- f) *Velut fructu ac dono ejusdem.*
- g) *Seu insinuet; idque vel immediate, vel mediatè, insinuando nimirum de Abbatis licentiâ alteri Superiori aut Confessario, ut colligitur ex causali subjunctâ.*
- h) *Seu benedictione.*
- i) *Et quamvis hæc pariter habere locum videatur insinuando, revera tamen non habet; tum quia & opera ista supererogatoria & eorum notificatio hoc tempore omnibus sunt præscripta; tum etiam propter resignationem in voluntatem Superioris vel approbaturi vel reprobaturi.*
- l) *Quantumvis ex se bona; tum propter meritum obedientiæ, tum ad vitandas illusiones diabolicas.*

I. APRIL. I. AUGUST. I. DECEMB.

CAPUT L.

De Fratribus, qui longè ab Oratorio laborant, aut in viâ sunt.

Fratres, qui omnino longè a sunt in labore, & non possunt occurrere horâ competenti ad Oratorium, & Abbas per-

perpendit, quia ita est; agant ibidem & Opus Dei, ubi operantur, cum tremore Divino c flectentes genua d. Similiter qui in itinere directi sunt, non eos prætereant Horæ constitutæ e; sed, ut possunt f, agant sibi g, & servitutis pensum non negligant reddere.

a) *Distantiâ pendente ex judicio Abbatis, ut patet ex seq.*

b) *Insimul & per choros, juxta Perez ac Boërium id probantem ex Constitutione Benedicti XII. Statutis item ac distinctis horis secundum præscripta in præcedentibus; ut sic melius recolantur mysteria tali horæ correspondentia. An verò cum vel sine cantu; dependet, sicut & cætera, à determinatione Abbatis.*

c) *Seu reverentiali erga Deum.*

d) *Intellige, temporibus in Breviario præscriptis, & nisi prohibeat terra lutosæ &c.*

e) *Id est, non obliviscantur Horas canonicas, temporibus præscriptis persolvere.*

f) *Hoc est, eo modo, quo possunt. Hinc patet, malè à quibusdam colligi ex verbo Similiter, etiam equitantes debere descendere ex equis & genuflectere &c.*

g) *Id est, apud se secretò recitent Officium sinè cantu. Ex Bern. Cassinensi. Menardus verò & alii legunt, ibi, id est, in ipso itinere, horis præscriptis.*

2. APRIL. 2. AUG. 2. DECEMB.

CAPUT LI.

De Fratribus, qui non longè proficiscuntur.

Fratres, qui pro quovis responso a proficiscuntur, & eâ die sperant reverti ad Monasterium, non præsumant foris manducare, etiamsi omnino à quovis regentur: nisi fortè ab Abbate suo eis præcipiatur *b*. Quòd si aliter fecerint, excommunicentur *c*.

a) *Id est, negotio. Quo sensu etiam Greg. M. hanc vocem bis usurpat in Vita S. BENEDICTI cap. 12. quod híc utiliter leges.*

b) *Id est, permittatur. Ubi pensatis circumstantiis, ut difficultate itineris, invitantis dignitate &c. etiam epikia locum habet. Quin etiam modò in pluribus Monasteriis*

nasteriis est licentia generalis pro NB. ve-
ris itinerantibus. Plura vid. in Statutis
nostris Bursfeld. pag. 286. & seqq.

c) Vel majore, vel minore excommunicatio-
ne, secundum rationem excessus, & con-
ditionem delinquentis. Ex Turrecrem. &c.

3. APRIL. 3. AUG. 3. DECEMB.

CAPUT LII.

De Oratorio Monasterii.

Oratorium a hoc fit, quod dicitur;
nec ibi quidquam aliud geratur, aut
condatur *b*. Expleto Opere Dei omnes
cum summo silentio exeant, & agatur o
reverentia Deo: ut Frater, qui fortè sibi pe-
culiariter vult orare, non impediatur al-
terius improbitate. Sed & si alter vult
sibi fortè secretius orare, simpliciter *d*
intret & oret, non in clamosâ voce *e*, sed
in lacrymis & intentione *f* cordis. Er-
go qui simile opus non facit, non per-
mittatur expleto Opere Dei remorari *g*
in Oratorio, sicut dictum est, nè alius
impedimentum patiat.

- a) *Idem, quod domus Orationis. Et quamvis aliqui distinguant Ecclesiam & Oratorium, quod istud purè deserviat ad orandum, illa verò ad sacra omnia fidelibus administranda; vel etiam quod Ecclesia sint Clericorum, Oratoria Monachorum: tamen S. P. N, cum pluribus aliis hæc sumit pro eodem, ut patet ex c. 38. & 58.*
- b) *Id est, fiat: subaudi [quod ex Gratiano, Burchardo & Ivone addendum putat Menardus] quàm quod Divinis mysteriis conveniat. Exulare proinde debent fabula, nugæ & alia levitatis indicia, ab antiquis Patribus acerrimè castigata.*
- c) *Alii legunt, habeatur.*
- d) *Id est, ex puro & sincero affectu pietatis.*
- e) *Quia hæc & alios perturbat, & elationem sapit aut hypocrisin.*
- f) *Seu intensione, id est, ferventi affectu.*
- g) *Idem hîc, quod diutius manere.*

4. APRIL. 4. AUG. 4. DECEMB.

CAPUT LIII.

De hospitibus suscipiendis.

Omnes *a* supervenientes *b* hospites tanquam Christus suscipiantur *c*; quia ipse

ipse dicturus est *d*: Hospes fui, & suscep-
 pistis me. Et omnibus congruus ho-
 nor e exhibeatur, maximè domesticis fi-
 dei *f* & peregrinis. Ut *g* ergo nuncia-
 tus fuerit hospes, occurratur *h* ei à Prio-
 re *i*, vel à Fratribus *l* cum omni officio
 charitatis: & primitis orent pariter, &
 sic sibi socientur in pace *m*. Quod pa-
 cis osculum non prius offeratur, nisi ora-
 tione præmissâ *n*, propter illusiones dia-
 bolicas *o*. In ipsâ autem salutatione o-
 mnis exhibeatur humilitas. Omnibus
 venientibus sive discedentibus hospiti-
 bus inclinato capite, vel prostrato omni *p*
 corpore in terram, Christus in eis adore-
 tur, qui & suscipitur *q*. Suscepti autem
 hospites ducantur ad Orationem; & po-
 stea sedeat cum eis Prior, aut cui jusse-
 rit ipse. Legatur *r* coram hospite lex
 Divina, ut ædificetur; & post hæc omnis
 ei exhibeatur humanitas *s*. Jejunium
 à Priore frangatur propter hospitem *t*,
 nisi fortè præcipuus *u* sit dies jejunii,
 qui non possit violari. Fratres autem
 consuetudines jejuniorum prosequan-
 tur *x*. Aquam in manibus Abbas ho-

spitibus det; pedes autem y hospitibus
 omnibus tam Abbas, quàm cuncta Con-
 gregatio z lavet aa: quibus lotis dicant
 hunc Versum bb: Suscepimus cc Deus
 misericordiam dd tuam in medio templi
 tui ee. Pauperum & peregrinorum ma-
 ximè ff susceptionis cura sollicitè exhi-
 beatur, quia in ipsis gg magis Christus
 suscipitur: Nam divitum terror ipse sibi
 exigit honorem.

- a) *Quamvis enim varii Canones ac plerique
 SS. PP. excludant fœminas, possunt tamen
 & hæc, suadente vel necessitate, vel hone-
 state, admitti extra clausuram; idque fa-
 ctum ab ipsomet S. BENEDICTO testa-
 tur B. Hildegardis.*
- b) *Per quod Boërio excludi videntur accole,
 seu propè habitantes; sed aliis non item.*
- c) *Olim quidem per triduum; Sacra Regula
 autem id relinquit discretioni Abbatis.*
- d) *In die scil. Judicii, ex Matth. 25.*
- e) *In confessu, cibo, lecto &c. secundum unius-
 cujusque statum vel conditionem.*
- f) *Per quos in genere intelliguntur fideles;
 speciatim autem Religiosi. Ex Smaragdo.*
- g) *Id*

- g) Id est, Cum vel Postquam.
- h) Prout fecere Abraham & Loth, Gen. 18. & 19.
- i) Hoc est, Abbate, vel alio p. t. Supremo in Monasterio. Ex communi interpretum prater Perez, qui intelligit ipsum Priorem seu Praesidem Conventus.
- l) Subintellige, de licentiâ vel jussione Prioris, ut patet ex lect. seq.
- m) Sive cum osculo pacis, ut habet praxis antiquissima, confirmante non semel Apostolo.
- n) Saltem à suscipiente, si minùs ab hospite propter contrariam consuetudinem.
- o) Quibus etiam viros sanctos persæpe deceptos constat ex Vitis Patrum.
- p) Sive toto: idque juxta hospitis dignitatem.
- q) Prout reipsâ evênit Abraham, Gregorio Magno &c.
- r) Ad, vel ante mensam, si tempus patitur, aut saltè spiritualia dicantur. Ità Casinenses.
- s) Tam in affabili colloctione, quàm in omni corporali necessitate ait B. Hildegardis.
- t) Non peregrinum tantùm Fratrem, aut personam magnæ dignitatis, ut vult Smaragdus;

- duſ; Sed etiam propter alios, ſecundum
communem.
- u) Id eſt, præceptus ab Eccleſiâ. Ex commu-
ni. Quamvis aliqui addant feriam quart-
tam & ſextam per totum annum; ex ritu
veterum Monachorum.
- x) Id eſt pergant ſervare jejunia conſuetâ.
- y) Tum propter exemplum ac præceptum
Chriſti Domini, Joan. 13. ut taceam de
aliis Sanctis, etiam Regibus, velut Lu-
dovico, Stephano &c. tum ad augendam
humilitatem. Vid. interim Statuta no-
ſtra pag. 156.
- z) Non ſimul, ſed per vices juxta dicta ſu-
prâ cap. 35.
- aa) Vel in hoſpitis adventu juxta morem ve-
terum, vel ſtatim poſt menſam, ex B. Hil-
degarde.
- bb) Deſumptum ex Pſalm. 47.
- cc) Nimirum in hoſpite.
- dd) Sive gratiam.
- ee) Seu domûs religioſæ tibi conſecrata.
- ff) Intellige, quoad interiorem affectum de-
votionis; quoad honorem enim exteriorem
plus præſtandum divitibus.

gg) Ut-

gg) Utpote pauperem Christum melius repræsentantibus, & ex puro Christi amore susceptis.

5. APRIL. 5. AUG. 5. DECEMB.

Coquina Abbatis & hospitem super se fit *a*, ut incertis horis *b* supervenientes hospites, qui nunquam defunt Monasterio, non inquietent Fratres *c*. In quam coquinam ad annum ingre-
diantur duo Fratres, qui ipsum officium bene impleant: quibus, ut *d* indigent, solatia ministrentur, ut absque murmuratione serviant. Et iterum quando occupationem minorem habent, exeant *e*, ubi *f* eis imperatur, in opera *g*. Et non solum in ipsis, sed & in omnibus officiis Monasterii ista sit consideratio, ut, quando indigent, solatia *h* accommodentur eis, & iterum, quando vacant *i*, obedi-
ant imperanti. Item & cellam *l* hospitem habeat assignatam Frater, cujus animam timor Dei possideat *m*, ubi sint lecti strati sufficienter *n*, & domus Dei *o* à sapientibus sapienter administretur. Hospitibus autem, cui non præcipitur, nulla-

nullatenus societur, neque colloquatur p:
sed si obviaverit aut viderit, salutatis q
humiliter, ut dictum est, & petitâ bene-
dictione r, pertranseat dicens, non lice-
re sibi colloqui cum hospite.

- a) *Id est, fit separatim constructa.*
- b) *Sive tempore incerto.*
- c) *Ex eâdem ratione § c. 56. rectè inferunt Smaragdus, Turrecrem. & alii, etiam mensam Abbatis & hospitem separatam esse debere à refectorio Fratrum, saltè communiter.*
- d) *Id est, si § in quantum.*
- e) *Scil. è ministerio coquinæ.*
- f) *Eleganter pro quando.*
- g) *Sive ad opera, tum communia, tum specialiter injuncta.*
- h) *Id est, dentur adjuutores, ut sæpe dictum.*
- i) *Hoc est, parum vel nihil agere habent in tali officio.*
- l) *Seu dom^mum vel ædificium pluribus cellis distinctum, juxta notata superiùs c. 22. & 36. de dormitorio & infirmariâ.*
- m) *Hic enim expellit peccatum Eccli. 1. Et qui timet Deum, nihil negligit. Eccli. 7.*
- n) *Quoad*

- n) Quoad numerum & qualitatem tam spondarum, quàm lectisterniorum.
- o) Sive domus religiosa, Deo specialiter dicata.
- p) Hoc enim foret in ruinam disciplina, silentii ac solitudinis, & multorum malorum occasio.
- q) Subaudi, hospitibus: idque propter consuetudinem universalem.
- r) Vel per verbum Benedicite aliàve pauca, ut explicat Boërius; vel potius signo aliquo V. G. capitis inclinati aut genuflexionis, ut colligitur ex lect. preced.

6. APRIL. 6. AUG. 6. DECEMB.

CAPUT LIV.

Quòd non debeat Monachus literas seu eulógias accipere.

Nullatenus liceat Monacho, neque à parentibus suis, nec à quoquam hominum *a*, nec sibi invicem literas aut eulógias *b* vel quælibet munuscula accipere aut dare sinè præcepto *c* Abbatibus *d*. Quòd si etiam à parentibus suis
ei

ei quidquam directum e fuerit, non praesumat suscipere illud, nisi prius indicatum fuerit Abbati. Quod si iusserit suscipi, in Abbatis sit potestate, cui illud jubeat dari: & non contristetur f. Frater, cui fortè directum fuerat, ut non detur occasio diabolo. Qui autem aliter praesumpserit, disciplinae regulari subjaceat.

- a) *Subintellige ex seqq. accipere literas &c.*
- b) *Εὐλογία* græcè, latinè *benedictio*, dicebatur olim panis aut aliud esculentum benedictum, à fidelibus vel Monachis in signum fraternæ unionis sumendum. Accipitur autem in Script. & SS. PP. aliisque Scriptoribus pro quolibet beneficio seu dono vel munere in signum benevolentia collato vel transmissio. Unde verba immediate sequentia sumi possunt velut explicatio prioris.
- c) *Sive permissione: aliàs peccatur contra Votum paupertatis, de quo vid. suprà c. 33.*
- d) *Intellige, vel immediate, vel mediate, ut sapius dictum.*
- e) *Seu missum.*

f) *Talis*

f) *Talis enim contristatio indicat affectum proprietarium habendi aliquid sine licentia, quamvis reipsa haberi non possit.*

7. APRIL. 7. AUG. 7. DECEMB.

CAPUT LV.

De Vestiariis & Calceariis a Fratrum.

Vestimenta Fratribus secundum locorum qualitatem, ubi habitant, vel aerum temperiem dentur; quia in frigidis regionibus amplius indigetur, in calidis vero minus. Hæc ergo consideratio penes Abbatem est. Nos tamen mediocribus *b* locis sufficere credimus Monachis per singulos cucullam *c* & tunicam *d*; cucullam in hyeme villosam *e*, in æstate puram *f* aut vetustam: & scapulare *g* propter opera: indumenta pedum pedules *h* & caligas *i*. De quarum rerum omnium colore *l* aut grossitudine *m* non causentur *n* Monachi; sed quales inveniri possunt in provinciâ, quâ habitant, aut quod vilius comparari potest *o*.

est o. Abbas autem de mensurâ provideat, ut non sint curta ipsa vestimenta utentibus eis, sed mensurata. Accipientes nova, vetera semper reddant in præsentem p, reponenda in vestiario q propter pauperes. Sufficit enim Monacho duas tunicas & duas cucullas habere, propter noctes, & propter lavare r ipsas res. Jam quod suprâ fuerit, superfluum est, & amputari s debet. Et pedules, & quodcunque est vetustum, reddant, dum accipiunt novum. Femoralia t hi, qui in viam diriguntur, de vestiario accipiant; quæ revertentes lota ibidem restituant. Et cucullæ & tunicæ sint aliquantò his, quas habere soliti sunt, modicè meliores: quas exeuntes in viam accipiant de vestiario, & revertentes restituant.

a) *Id est, vestimentis & calceamentis. Ex Ulpiano &c.*

b) *Sive in locis mediocriter calidis.*

c) *Usurpatur in gen. fam. à Jure Pontificio, B. Hieron. &c. Esto magis latinè dicatur cucullus. Non tantùm capitis, ut hodie-*
dum,

dum, sed totius corporis indumentum fuit, idemque, quod modò floccus. Ex B. Hildegarde, Turrecrem. Sc. Est symbolum innocentiae & simplicitatis puerilis, itemque oculi continentis & mortificati.

d) Olim erat vestis sinè manicis, prout etiam hîc accipitur à Guidone Juvenale. Alii communiter sumunt pro togâ manicatâ, defluente ad pedes, juxta Clementinam circumquaque clausâ, nec supernè caputiatâ, & strictiore, quàm sit floccus. Est figura Crucis Christi, & togæ ejus inconsutilis, symboli charitatis.

e) Id est secundùm Turrecr. de panno rudiori, non tonso aut raso; vel etiam suffultam pellibus. Quales pelliceas habuere non tantùm Adam & Prophetæ, sed & veteres Monachi, ipsèque S. P. N. à pastoribus inter fruteta repertus, & eapropter bestia creditus. In Vitâ cap. I.

Ex f) Seu defloccatam, aut villis carentem.

g) Sic dictum à scapulis, quas tegit. Fuit olim instar tunicæ brevioris, vel parvas vel nullas habentis manicas, semper autem assutum caputium. Postmodum verò continuus ejusdem usus ac longitudo propter

- pter honestatem ità sensim invaluit, ut non in labore tantum sed etiam extra loco cuculla seu flocci, principalis aliàs habitus, assumi cœperit. Mysticè denotat, non licere excutere collum de sub jugo Regula.
- h) Secundâ longâ ex Ricciolo & aliis, perinde ut in edulis, curulis &c. Apud Scriptores Monasticos passim gen. mascul. Alii in gen. neutro dicunt pedulia, id est, pertinentia ad pedes. Quidam accipiunt pro tibialibus, Smaragd. pro calceis, Turrecr. pro parte caligarum, Bern. Cassinensis, Nigronus &c. communius pro soccis è corio vel lanâ, aut etiam lino.
- i) Quidam accipiunt pro braccis, sed male; cum S. P. expressè dicat esse indumenta pedum: Smaragd. pro soccis, alii pro tibialibus. Probabilius sunt genus calceamenti [quo passim depictos videmus Apostolos] non habens corium supra pedem. Ex Glossâ in c. 12. Actor. Apostolorum. Videri fusiùs potest Nigronus.
- l) Hinc congregationes sub Regulâ nostrâ institutæ varios assumpsere colores: Nos verò, ajunt Cassinenses, colorem nigrum, quo & S. P. N. usus legitur. Hic color est

est signum luctus, poenitentiae, mortificationis, humilitatis, ac stabilis perseverantiae, jugem mortis memoriam ingerens, & Benedictinis adeo familiaris, ut ultra mille annos Nigrorum Monachorum nomine designentur.

m) Nam qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. *Matth. II.*

n) Sive conquerantur, vel per allatas causas contendant.

o) Subaudi ex prioribus, hoc detur vel sufficiat.

p) Ob eorum quippe retentionem Religiosum quendam apparuisse post mortem cum adustis tibiis, legitur apud S. Antoninum.

q) Hic & in seqq. idem est, quod cella vestiaria, aut repositorium vestium, ex Plinio &c.

r) Seu lavandum. Ita fecerunt olim Monachi omnes, & multi etiam sancti Abbates ex humilitate.

s) Metaphora pro tolli.

t) Quae modo braccæ vel caligæ vulgo nominantur. Indulta hæc sunt à S. P. pro itinere, sed domi negata juxta B. Hildeg. Perez & alios, paucis exceptis: idque tum propter morem id temporis valde communem;

munem; tum in signum simplicitatis puerilis. Postea tamen, crescente praesertim malitiâ, ob verecundiam & necessitatem à plerisque sunt assumpta, ut explicant B. Hildeg. Petrus Venerab. Turrecr. & alii.

8. APRIL. 8. AUG. 8. DECEMB.

Stramenta *a* autem lectorum sufficient
matta b, fagum c, lana d & capitale e. Quæ tamen lecta *f* ab Abbate frequenter scrutanda sunt propter opus peculiare *g*, nè inveniatur: & si cui *h* inventum fuerit, quod ab Abbate non acceperit, gravissimæ disciplinæ subjaceat. Et ut hoc vitium peculiare *i* radicitus amputetur, dentur ab Abbate omnia, quæ sunt necessaria: id est, cuculla & tunica, pedúles & caligæ, bracile *l*, cultellus, gráphium, acus *m*, mappula *n*, tabulæ, ut omnis auferatur necessitatis excusatio. A quo tamen Abbate semper consideretur illa sententia Actuum Apostolorum *o*: quia dabatur singulis, prout cuique opus erat. Ità ergo & Abbas consideret infirmitatem indigentium, non malam voluntatem invidentium.

In

In omnibus tamen iudiciis suis Dei retributionem cogitet.

- a) Non sumuntur híc pro stramine, sed pro iis, quæ spondæ insternuntur.
- b) Aliàs matra. Est teges inferior lecti, factus ex junco aut stramine.
- c) Scriptoribus latinis est indumentum militare; Monasticis verò tegumentum villosum præcipuè pro ægrotantibus; B. Hildegardi saccus quidam de grosso lino aut canabe factus, & stramento [vel fæno aut paleis juxta Bern. Cassinensem] repletus, ac super mattam positus.
- d) Quam Varro deducit à lanâ, Perottus à græco verbo κλαίνω, latinè tepefacio, est genus vestis duplicatæ & villosæ, quod de hyeme cæteris vestimentis superinduebatur. Unde híc accipitur pro stragulâ lecti, quâ corpus supernè tegitur.
- e) Vox minùs latina, accepta pro pulvinari.
- f) Lectum pro lectus, invenitur apud Ulpianum &c.
- g) Id est, sinè benedictione habitum.
- h) Id est, si apud aliquem.
- i) Alii legunt peculiaris seu proprietatis.

l) Vox

l) *Vox minùs usitata, ideóque dubia quantitatís: ex regulâ tamen generali de substantivis neutris in ile secunda est prolonganda, ùt in equile, mantile, sedile &c. Porrò S. Hildegardis legit brachiale, Boërius brachile, volúntque esse Zonam, à quâ braccæ & caligæ dependent. Menardus ex Regulâ Magistri probat esse cingulum. Sed posito, quòd Benedictinis, ut notatum lect. præced. in fine, domi negata fuerint femoralia, quæ pertingunt usque ad genua, brabile meliùs accipitur pro subligaculo tegente solas partes pudendas, vel à græco βραχὺ breve, vel per diminutionem à braccâ.*

m) *Pro reficiendis vestimentis.*

n) *Seu strophium vel sudarium, ex B. Hildeg. Alcuino, Turrecr. &c. communiter præter Perez. qui sinè interpunctione legens, mappula tabulæ, accipit pro linteo strato super mensam, itémque illo, quod passim gallico vocabulo Serviette nominatur. Cætera patent ex notatis lect. præcedent. & c. 33. o.) Cap. 2. & 4.*

9. APRIL.

9. APRIL. 9. AUG. 9. DECEMB.

CAPUT LVI.

De mensâ Abbatis.

Mensa Abbatis cum peregrinis & ho-
spitibus fit semper. Quoties ta-
men minùs *a* sunt hospites; quos vult
de Fratibus vocare, in ipsius fit pote-
state. Seniores *b* tamen unum aut duos
semper cum Fratibus *c* dimittendum *d*
procuret, propter disciplinam.

a) *Eleganter pro non.*

b) *Intellige, Superiores aut Decanos juxta
dicta c. 21. & 22. Vel certè tales, quo-
rum senium commendet morum gravitas
& integritas.*

c) *Per quos híc potissimùm intelliguntur ju-
niores; aliàs verò quicumque subditi Reli-
giosi.*

d) *Satis eleganter pro dimitti, subintellige
ex clausurâ. Vid. etiam notata c. 53.*

K

IO. APRIL.

IO. APRIL. IO. AUG. IO. DECEMB.

CAPUT LVII.

De artificibus Monasterii.

Artifices si sunt in Monasterio, cum
 omni humilitate faciant ipsas artes,
 si tamen permiserit Abbas. Quòd si ali-
 quis ex eis extollitur pro scientiâ *a* artium
 suarum, eò quòd videatur aliquid conferre
 Monasterio; hic talis evellatur *b* ab ipsa
 arte, & denuo per eam non transeat,
 nisi fortè humiliato ei iterum Abbas ju-
 beat. Siquid verò ex operibus artificum
 venumdandum est, videant ipsi, per quo-
 rum manus transigenda *d* sunt, nè ali-
 quam fraudem præsumant inferre.
 Memorentur *f* semper Ananiæ & Saphi-
 ræ, nè fortè mortem, quam illi in cor-
 pore *g* pertulerunt, hanc isti vel *b* om-
 nines, qui aliquam fraudem de rebus
 Monasterii fecerint, in animâ patiantur.
 In ipsis autem pretiis non subrepat
 avaritiæ malum; sed semper aliquan-
 tulùm viliùs *l* detur, quàm ab aliis sæ-
 cularibus datur, ut in omnibus glorifi-
 cetur Deus.

a) Sive

- EMB. a) *Sive propter scientiam.*
 b) *Id est, amoveatur.*
 c) *Id est, eam non exerceat.*
 , cum d) *Sive distrahenda, vel vendenda.*
 artes, e) *Seu, ut alii legunt, facere Monasterio.*
 si ali- *Sumitur autem fraus eleganter pro damno.*
 z artis f) *Id est, sint memores.*
 nferre g) *Ut patet ex Act. 5. an verò simul perpetuò*
 b ipsa *in animâ, non constat inter Authores. Af-*
 feat q. *firmant Basilius, Ambrosius, Beda aliique,*
 as ju- *è quòd retinendo partem pretii ex agro*
 ficum *vendito commiserint furtum ac sacrilegium,*
 : quo- *nec superfuerit spatium pœnitentiæ. Ne-*
 è ali- *gant Augustinus, Petrus Damiani, Salme-*
 erre e. *ron aliique complures, vel ob ignorantiam*
 aphî- *aut existimatam materiæ levitatem, vel*
 a cor- *propter dolorem sub reprehensione Petri*
 h o- *conceptum. Cum his sentit hîc S. P. N.*
 rebus *vel certè ab istâ controversiâ abstrahit.*
 ntur. h) *Sumitur iterum copulativè pro Et.*
 pat i i) *Sive intercurrat.*
 uan- s) *Sive aliquantò minori pretio.*
 s fa-
 orifi-

II. APRIL. II. AUG. II. DECEMB.

CAPUT LVIII.

De disciplinâ suscipiendorum Fratrum.

Noviter veniens quis *a* ad conversionem *b*, non ei facilis tribuatur ingressus; sed sicut ait Apostolus *c*: Probate spiritus, si ex Deo sunt *d*. Ergo si veniens perseveraverit pulsans *e*, & illatas sibi injurias *f*, & difficultatem ingressûs *g* post quatuor aut quinque diebus visus fuerit patienter portare, & persistere in petitione suâ; annuatur *h* ei ingressus, & sit in cellâ hospitum *i* paucis diebus *l*. Postea autem sit in cellâ Novitiorum *m*, ubi meditetur *n*, & manducet, & dormiat. Et Senior *o* ei talis deputetur, qui aptus sit ad lucrandas animas *p*: qui super eum omninò curiosè intendat, & sollicitus sit, si *q* verè Deum quærit *r*, si sollicitus est ad opus Dei *s*, ad obedientiam *t*, ad opprobria *u*. Prædicentur ei omnia dura & áspera *x*, per quæ itur ad Deum: Et si promiserit de stabilitate suâ *y* perseverantiam, post

post
gatu
dicat
si po
pote
rit b
cella
in o
fiun
sciat
stat
tur
secu
mni
rata
gati
stitu
de
tere
tam
fare
a)
b)
c)
d)

post 2 duorum mensium circulum le-
 gatur *aa* ei hæc Regula per Ordinem, &
 dicatur ei: Ecce lex, sub quâ militare vis:
 si potes servare, ingrédere; si verò non
 potes, liber discéde. Si adhuc stete-
 rit *bb*, tunc *cc* ducatur in supradictam
 cellam Novitiorum, & iterum probetur
 in omni patientiâ *dd*. Et post sex men-
 sium circulum relegatur ei Regula, ut
 sciat, ad quid ingréditur. Et si adhuc
 stat, post quatuor menses iterum lega-
 tur ei hæc eadem Regula. Et si, habitâ
 secum deliberatione *ee*, promiserit se o-
 mnia custodire *ff*, & cuncta sibi impe-
 tata servare, tunc suscipiatur in Congre-
 gatione, sciens se sub lege Regulæ con-
 stitutum, quòd ei ex illâ die non liceat *gg*
 de Monasterio égredi, nec collum excu-
 tere de sub jugo *hh* Regulæ, quam sub
 tam morosâ *ii* deliberatione licuit recu-
 sare aut suscipere.

a) *Id est, si quis noviter veniat.*

b) *Sive statum religiosum.*

c) *I. Joan. 4.*

d) *An scil. bono fine & zelo, an verò levi-*

tate, paupertate, vel alio affectu humano ducatur. Ex Clemente VIII. Item an sit ductilis & flexilis naturæ, bonæ indolis &c. Vid. Statuta nostra pag. 261. & seqq.

- e) Sive in petitione admissionis.
- f) Quod olim fiebat ad portam Monasterii.
- g) Sive quæ est in ingrediendo Ordinem.
- h) Seu concedatur.
- i) Tum ut plenius deliberet; tum verò natura ejus melius dignoscatur.
- l) Juxta arbitrium Abbatis.
- m) Olim separatâ ab aliis. Illud saltèm cavendum nè versentur familiariter cum professis, puopter aliquorum tepiditatem, & in loquendo incuriam.
- n) Id est juxta Bern. Cassinensem, legat, oret, psalmodizet &c. ità, ut meditatio hîc sit quasi genus.
- o) Non tam ætate, quàm morum gravitate ac sapientiæ doctrinâ maturus; quanquam cæteris paribus senem potius, quàm juvenem pro officio Magistri deputent Asceta.
- p) Tum sibi, tum magis Deo.
- q) Hîc & in seq. significat idem, quod an.
- r) Ut si libenter de Deo & Divinis audiat, loqua-

- loquatur, meditetur; si dura & aspera propter Deum hilariter subeat; si à rebus secularibus se alienet. &c.
- s) Id est, ad orationem, lectionem, meditationem, Officium Divinum; maturè se sistendo, bene omnia prævidendo &c. Ex Smaragd. Turrecr. &c.
- t) De quâ vid. c. 5. itémque c. 7. Gradu, 2. 3. & 4.
- u) Hæc enim acuunt patientiam, augent humilitatem &c.
- x) Intellige, quantum ad hominem sensualem; nam homini spirituali, & verè Deum quærenti nihil asperum nihilque grave se constituturum, ait S. P. in prologo Regulæ.
- y) Alia lectio melior: stabilitatis suæ, animo videlicet jam conceptæ.
- z) Hoc est, intra, vel saltèm sub finem; nè Novitiatus extendatur ultra annum. hinc
- aa) Tò legatur hïc & in seqq. idem sonat, ac prælegendo cum explicatione absolvatur.
- bb) Seu constans manserit.
- cc) Hinc Bern. Cassinensis, Turrecrem. & aliî duos priores menses transigendos putant in cellâ hospitum. Negant rectiùs Smaragd. &c. innitentes superiori contextui:

Postea fit in cellâ Novitiorum: Unde hîc subaudiunt ex sensu mox sequente particulam iterum; eoquod inde exierit pro audiendâ Abbatis aut Capitularium sententiâ.

dd) Ad imitationem Christi & Sanctorum, ad frangendam propriam voluntatem &c.

ee) Jam satis longâ.

ff) Sive observare, scil. velle.

gg) Puta, propriâ voluntate.

hh) Sive abjicere jugum Regulæ, sic dictum, quod jungat Monachos ad servendum Deo, ex Boërio; idque instar jumenti, de quo c. 7. Gradu 6.

ii) Seu diuturnâ per integrum annum, per quem modò durare omnino debet Novitiatu, tum ex declaratione Alexandri II. contra morem Veterum pro arbitrio tempus illud contrahentium; tum præcipuè ex decreto Tridentini.

12. APRIL. 12 AUG. 12. DECEMB.

Suscipiendus a autem, in Oratorio b coram omnibus promittat de stabilitate c suâ, & conversione morum d suorum, & obedientiâ e, coram Deo & Sanctis

Etis
à D
det.
tion
rur
fen
bat
ab
gn
Al
cip
Su
qu
fur
Qu
tio
Tu
fin
&
pu
pr
do
fit
ex
ft
in

Unde *e par- it pro i sen- rum, Sc.* Etis ejus; ut, si aliquando aliter fecerit, à Deo se damnandum sciat, quem irri- det. De quâ promissione suâ faciat peti- tionem *f* ad nomen *g* Sanctorum, quo- rum reliquiæ ibi sunt, & Abbatis præ- sentis. Quam petitionem manu suâ scri- bat *h*; aut certè, si non scit literas, alter ab eo rogatus scribat, & ille Novitius si- gnum *i* faciat, & manu suâ eam super Altare ponat. Quam dum posuerit, in- cipiatur ipse Novitius mox hunc Versum *l*:
 Suscipe me Domine secundum elo-
 quium *m* tuum, & vivam *n*; & non con-
 fundas me ab expectatione meâ *o*.
 Quem Versum omnis Congregatio *p* ter-
 tiò respondeat, adjungens, Gloria Patri.
 Tunc ille Frater Novitius prosternatur
 singulorum pedibus *q*, ut orent pro eo,
 & jam ex illâ die *r* in Congregatione re-
 putetur. Res, si quas habet, aut éroget
 prius pauperibus, aut *s* factâ solemniter
 donatione *t* cónferat Monasterio, nihil
 sibi reservans ex omnibus; quippe qui
 ex illo die nec proprii corporis *u* pote-
 statem se habiturum sciat. Mox ergo
 in Oratorio exuatur rebus propriis, qui-
 bus

bus vestitus est x, & induatur rebus Monasterii. Illa autem vestimenta, quibus exutus est, reponantur y in vestiario conservanda; ut, si aliquando suadente diabolo, consenserit, ut egrediatur de Monasterio [quod absit] tunc exutus rebus Monasterii, projiciatur z. Illam tamen petitionem aa ejus, quam desuper Altare Abbas tulit bb, non recipiat; sed in Monasterio reservetur cc.

a) *Ad professionem, quæ est alter baptismus ex communi DD. Audi S. Thomam 2. 2. q. 189. a. 3. ad 3. Rationabiliter dici potest, quod per ingressum Religionis aliquis consequatur remissionem omnium peccatorum.... Unde legitur in Vitis Patrum, quod eandem gratiam consequuntur Religionem intrantes, quam consequuntur baptizati: Non quidem, velut isti, ex opere operato; sed ex vi & merito excellentissimi illius actus, quo se totos perpetuo Dei obsequio mancipant. Idem de renovatione Votorum asserit Dionysius Carthus. ex D. Bernardino aliisque DD. Faciunt illam cer-*

tè

tè magno cum fructu viri spirituales: alii quotannis; alii singulis feriis secundis ad Versum: Suscipe me Domine, de quo infra; alii etiam quotidie ad Offertorium Missæ.

b) Seu Ecclesiâ, juxta praxin Veterum & RR. quanquam valida sit professio etiam alibi emissa.

c) Sive perseverantiâ tum in loco professionis, quamdiu ista non obest conversioni morum, perfectiori vitæ, vel obedientiæ, ut explicant S. Bern. Lairuelz & alii; tum verò magis in vitâ Monasticâ, ex Turrecr. Balsamone &c. communiter. Porro Votum hoc juxta D. Bernard. violatur (1. remisso descensu, puta vel ad vitam secularem, vel ad Monasterium Ordinémve laxiorem. (2. Discessu contentioso, qualis est, si discedatur absque licentiâ Superioris, saltèm petitâ, ad æquale vel strictius Monasterium. (3. Vago & curioso discursu, per mundum scil. ut exponit Bern. Cassinensis, more gyrovagorum, de quibus actum c. 1. Denique etiam inconstantia levitate, quâ nimirum sine justâ causâ petitur aliud Monasterium.

His

His tamen minimè obstantibus licita apud nos est missio ad conversionem vel curam animarum, ad Seminaria, ad alia Ordinis Monasteria; itémque exitus cum licentiâ Superioris, ut patet ex variis cap. Regulæ, ac vitâ S. BENEDICTI c. 19. &c. Permittitur quoque ab Innoc. III. & Canonistis, atque Theologis passim transitus ad Ordinem strictiorem; qui tamen ex Monasteriis bene regulatis non facile probandus; tum propter scandalum, tum quia passim fit ex levitate, irâ, superbiâ &c. Unde & sæpissime fit, quòd vulpes hujusmodi, pilum mutant, non mores: Tum denique, quia plantæ, quæ sæpe transponuntur, radices non mittunt, ut bellè alludit Greg. M. Unusquisque ergo, in quâ vocatione vocatus est, in eâ permaneat. 1. Cor. 7.

d) Id est, studio & conatu convertendi mores non tantùm malos, sed etiam sæculares in religiosos juxta præscriptum Regulæ. Ex Turrecr. &c. Hinc peccat saltèm venialiter, qui non curat servare nisi puncta essentialia Religionis: mortaliter verò, si vel adsit contemptus aut periculum etiam
ista

ista violandi, vel studium perfectionis omnino abjiciatur. Quâ in re facile impingunt, qui meditationem, examen conscientiae & alia id genus exercitia passim negligunt. Cæterum sub hoc Voto juxta Bernardum Cassin. Boërium, Dorlandum &c. comprehenditur Votum castitatis & paupertatis, nec à S. P. N. nec à pluribus aliis fundatoribus Ordinum expressum, eò quòd per se ità annexum sit Regulæ Monachali, ut nec Summus Pont. contra ea possit licentiam indulgere. Ex c. Cùm ad Monast. Econtra S. Thomas, Turrecrem. & alii quidam hæc Vota [de quibus videri possunt notata c. 4. lect. 4. & c. 33. in fine] contineri volunt sub Voto obedientiæ.

e) Non omnimoda, ait S. Bernardus, sed determinatè secundum Regulam S. BENEDICTI & mensuram ab illâ præfixam. Hinc obedientia Benedictina ab aliis potissimum differt in materiâ & objecto, Regulæ nostræ congruente. Vid. etiam notata suprâ cap. 5. & 7. Itèm Statuta Bursfeld. pag. 117. & seq. Contra hoc votum peccatur mortaliter per contemptum
for-

formalem, de quo c. 23. lit. g. per transgressionem imperati vel prohibiti à Prælato in virtute sanctæ obedientiæ, vel sub obedientiâ formali, vel aliis verbis æquivalentibus; aliàs passim venialiter tantum, per se loquendo.

f) Per quam intelligitur professio, vel quia hæc est signum petitionis seu desiderii, quo Novitius se Deo & Monasterio consecrare cupit, ut placet Columbano Vrancx; vel quia positâ super Altare chartâ professionis statim incipit petitionem: Suscipe me Domine. Ità Craësbeck.

g) Id est, sub nomine & contestatione.

h) Pro majori firmitate, & ut convinci per eam possit apostata.

i) Scilicet Crucis, ex praxi Veterum & RR.

l) Desumptum ex Psalm. 118.

m) Seu promissum tuum, quo dixisti Zach. 1. & alibi sæpe: Convertimini ad me, & convertar ad vos.

n) Puta, quoad animam; seu vitâ gratiæ.

o) Id est, non facias irritam spem meam.

p) Seu totus Conventus.

q) Ritus hunc varii variè explicant; satis autem congruè Statuta nostra pag. 272. & seq.

r) Alii

- 1) Alii legunt, ex illâ horâ, nec malè; quia statim incipit obligatio Votorum, & Officii Divini subsequenti; ità, ut mortaliter peccet Professus, si deinceps voluntariè vel omittat vel distractè persolvat integram Horam minorem, aut ex Matutino & Laudibus aliquid Horam minorem exaquans.
- 2) Utri verò melius, non constat inter Authores: qui tamen consentiunt, nihil peccare Novitium, si sua relinquat parentibus aut consanguineis; quanquam, si ipsi non egeant, perfectius sit dare Monasterio vel pauperibus.
- 3) Id est, coram Notario & testibus, vel, ut vult Smaragd. coram testibus & universâ Congregatione.
- 4) Vid. suprâ c. 33. lit. h.
- 5) Ex quo patet, Novitios olim mansisse indutos vestimentis secularibus, fortè ut minori cum infamiâ discedere possent. At postea majoris convenientiæ causâ mos contrarius in omnibus Ordinibus invaluit.
- 6) Saltèm per annum, ex Boërio.
- 7) Sive ejiciatur, subintellige, unà cum vestimentis secularibus. Hodiedum tamen potius mancipandus est carceri, de quo suprâ c. 28.
- aa) Id

- aa) *Id est, schedulam professionis.*
 bb) *Hoc est, de Altari accepit.*
 cc) *Ad illum convincendum.*

13. APRIL. 13. AUG. 13. DECEMB.

CAPUT LIX.

*De filiis nobilium vel a pauperum,
 quomodo offerantur.*

Siquis fortè de nobilibus offert *b* filium suum Deo in Monasterio, & ipse puer minori est ætate *c*, parentes ejus faciant petitionem *d* quam suprâ diximus; & cum oblatione *e* ipsam petitionem & manum pueri involvant pallâ *f* Altaris, & sic eum offerant. De rebus autem suis aut in præsentî petitione promittant sub jurejurando, quia *g* nunquam per se, nunquam per suffectam *h* personam, nec quolibet modo ei aliquando aliquid dent, aut tribuant *i* occasionem habendi *l*: Vel certè si hoc facere noluerint, & aliquid offerre voluerint in eleemosynam Monasterio pro mercede suâ; faciant ex rebus, quas dare volunt

Mo-

Mon
 bi,
 Atqu
 suspi
 dece
 quoc
 auter
 ex to
 tion
 rant
 a) S
 b) I
 in
 m
 n
 c) E
 ex
 B
 d) l
 n
 lo
 j
 e) t
 c

Monasterio, donationem *m*, reservato si-
 bi, si ità voluerint, usufructuario *n*.
 Atque ità omnia obstruantur *o*, ut nulla
 suspicio *p* remaneat puero, per quam
 deceptus perire *q* possit [quod absit]
 quod experimento didicimus. Similiter
 autem & pauperiores faciant. Qui verò
 ex toto nihil habent, simpliciter *r* peti-
 tionem faciant, & cum oblatione *s* offe-
 rant filium suum coram testibus *t*.

a) Sumitur iterum copulativè pro Et.

b) Id enim licere patri, eoque mortuo tutori,
 imò & matri non repugnante patre, est com-
 munis DD. id probantium ex Jure Cano-
 nico, ex praxi, ex dominio in filios.

c) Etiam si necdum rationis compos, ut patet
 ex c. 63. Regulæ, & exemplo Samuelis,
 Bmæ Virginis, aliorumque Sanctorum.

d) Quam Bern. Cassinensis accipit secundum
 literam; Smaragd. verò, Paulus Diaco-
 nus & alii pro formâ quâdam professionis
 loco pueri emissâ, idque propter verba sub-
 juncta.

e) Scil. panis aut vini, vel luminis, aut al-
 terius elemosyæ pro templo. Ex Boërio
 & aliis. f) Bern.

- f) Bern. Cassin. intelligit sacram in Altari, Boërius pallium dependens ante Altare, Paulus Diaconus verò tobaliā, in quā olim portabatur calix ad Altare.
- g) Vel quòd.
- h) Id est, substitutam. Quod minùs intelligentes RR. permulti legunt, suspectam.
- i) Hoc est, dare aut tribuere velint.
- l) Intellige, aliquid proprium sinè licentiā.
- m) Quæ describitur pactum, quo gratis & liberaliter aliquid confertur alteri, nullo ad id cogente jure. Ex communi DD.
- n) Seu usufructu, qui est jus utendi ac fruendi alienis rebus salvā earum substantiā. ex l. i. ff. de Usufr.
- o) Sive præcludantur.
- p) Reservatæ scil. aut repetendæ hereditatis.
- q) Hinc inferunt quidam, non licere tali puero ad annos discretionis pervenienti redire ad sæculum, idque satis conformiter Juribus ac Scriptoribus antiquis; RR. tamen Canonistæ ac Theologi passim tenent contrarium.
- r) Id est, sinè prædicto juramento ac donatione.
- s) Ad hanc enim tenebantur etiam pauperes

in Veteri Testamento, ut legere est Levit. 12.

t) Pro majori firmitate.

14. APRIL. 14. AUG. 14. DECEMB.

CAPUT LX.

De Sacerdotibus, qui voluerint habitare in Monasterio.

Siquis de ordine Sacerdotum in Monasterio se suscipi rogaverit, non ei quidem citius *a* assentiatur; tamen si omnino perstiterit in hac supplicatione, sciat se omnem Regulæ disciplinam servaturum. Nec aliquid ei relaxabitur *b*, ut sit, sicut *c* scriptum est: Amice ad quid venisti *d*? Concedatur ei tamen post Abbatem *e* stare, & benedicere *f*, aut Missas tenere *g*, si tamen jusserit Abbas: sin aliàs *h*; nullatenus præsumat, sciens se disciplinæ regulari subditum, & magis humilitatis exempla omnibus det. Et si fortè ordinationis *i* aut alijus rei causâ fuerit *l* in Monasterio, illum locum *m* attendat, quando ingressus

fus

fus est in Monasterium; non illum, qui ei pro reverentiâ Sacerdotii concessus est. Clericorum *n* autem si quis eodem desiderio Monasterio sociari voluerit, loco mediocri *o* collocetur; si tamen ipse promittit de observatione Regulæ, vel *p* propriâ stabilitate.

- a) *Subintellige, quàm cæteris, ut similiter probetur, quo spiritu veniat. Ex Smaragdo.*
- b) *Vel de observantiâ regulari, ut exponit Bœrius; vel juxta Bern. Cassin. Turrecr. &c. de modis probationis c. 58. præscriptis.*
- c) *Id est, ut fiat vel verificetur, quod scriptum est, nimirum Matth. 26.*
- d) *Nonne, inquit Joannes Gersen l. I. de imit. Christi c. 25. ut Deo viveres, & spiritualis homo fieres? Igitur ad profectum ferveas. Eodem sanè dicto ad profectum seipsos excitasse leguntur SS. Arsenius, Bern. &c.*
- e) *Ante alios non Sacerdotes, donec Sacerdotes fiant. Ex Bern. Cassin. aliisque contra Perez.*
- f) *Id est, dare benedictiones ad cibum & potum, vel ad lectiones in Ecclesiâ. Ex Bern. Cassin.*
- g) *Seu*

- g) *Seu celebrare, juxta dispositionem Abbatis.*
 h) *Id est, si verò Abbas non jusserit.*
 i) *Scil. vel in Sacerdotem, vel de aliis re-*
bus, ut exponunt Smaragd. Boërius & alii.
 l) *Smaragd. subintelligit, exaltatus; quod*
textus Boërii apponit.
 m) *In dandis consiliis aliisque, nè videlicet*
Seniores suos citra jussionem Abbatis præ-
veniat. Ex Boërio & c.
 n) *Sic dictorum à græco κληρος sors, eò quòd*
sint adoptati in sortem ministerii Divini.
 o) *Propter honorem Clericatus; si tamen vi-*
ta meritum Clericatus [sicut & Sacerdotio]
correspondeat. Ità Smaragd. Bernardus
Cassin. & c. patètque ex cap. seq. sub finem.
 p) *Sumitur iterum pro Et.*

15. APRIL. 15. AUG. 15. DECEMB.

CAPUT LXI.

De Monachis peregrinis, qualiter
suscipiantur.

Siquis Monachus peregrinus de longin-
 quis provinciis supervenerit a; si pro
 hospite voluerit habitare in Monasterio,
 & con-

& contentus fuerit consuetudine loci, quam invenerit, & non fortè superfluitate *b* suâ perturbat Monasterium, sed simpliciter contentus est *c*, quod invenerit, suscipiatur, quanto tempore cupit. Siqua sanè rationabiliter & cum humilitate charitatis *d* reprehendit, aut ostendit, tractet *e* Abbas prudenter, nè fortè pro hoc ipso eum Dominus direxerit. Si verò postea voluerit stabilitatem suam firmare; non renuatur talis voluntas *f*; & maximè, quia tempore hospitalitatis potuit ejus vita dignosci.

- a) *Id olim, cùm Votum stabilitatis non emitteretur, sat fuisse frequens, patet ex Casiano Sc. Vid. interim notata c. 58. lect. 2. lit. c.*
- b) *Putat, in cibo, potu Sc.*
- c) *Subintellige, illo ipso.*
- d) *Id est, in humili charitate, Sc charitativâ humilitate; altera enim sinè alterâ esse non potest.*
- e) *Sive consideret,*
- f) *Id est, non dissentiat tali voluntati.*

16. APRIL.

16

Q

non

Mon

nestè

alii v

qui

tièrit

du

ut ej

omn

gi n

esse

peric

Non

de si

Cler

jori

rum

veat

note

dun

ejus

scrip

alte

16. APRIL. 16. AUG. 16. DECEMB.

Quòd si superfluus *a* aut vitiosus re-
 pertus fuerit tempore hospitalitatis,
 non solùm non debet sociari corpori *b*
 Monasterii; verùm etiam dicatur ei ho-
 nestè, ut discèdat, nè ejus miseriâ etiam
 alii vitientur. Quòd si non fuerit talis,
 qui mereatur pròjici *c*, non solùm, si pe-
 tièrit, suscipiatur Congregationi socian-
 dus; verùm etiam suadeatur, ut stet *d*,
 ut ejus exemplo alii erudiantur: quia in
 omni loco uni Domino servitur, uni Re-
 gi militatur. Quem si etiam talem *e*
 esse perspexerit Abbas, liceat eum in su-
 periori aliquantulùm *f* constituere loco.
 Non solùm autem Monachum, sed etiam
 de superscriptis gradibus Sacerdotum vel
 Clericorum stabilire potest Abbas in ma-
 jori *g*, quàm ingrediantur, loco; si eo-
 rum talem perspexerit esse vitam. Ca-
 veat autem Abbas, ne aliquando de alio
 noto Monasterio Monachum ad habitan-
 dum suscipiat, sinè consensu Abbatis
 ejus, aut literis commendatitiis, quia
 scriptum est. Quod tibi non vis fieri,
 alteri nè feceris.

a) *In*

- a) *In cibo, potu, vestimentis &c.*
 b) *Seu Congregationi.*
 c) *Id est, ejici ex Monasterio.*
 d) *Id est, constanter maneat.*
 e) *Vitæ scil. merito, ut mox sequitur.*
 f) *Quidam referunt ad Verbum sequens, & sumunt pro aliquamdiu, sed malè; cum S. P. continuò subdat vocem, stabilire.*
 g) *Seu altiori vel digniori.*

17. APRIL. 17. AUG. 17. DECEMB.

CAPUT LXII.

De Sacerdotibus Monasterii.

Siquis Abbas sibi *a* Presbyterum *b* vel Diáconum ordinari petiêrit *c*, de suis *d* eligat *e*, qui dignus sit *f* Sacerdotio fungi. Ordinatus autem caveat elationem aut superbiam *g*; nec quidquam præsumat, nisi quod ei ab Abbate præcipitur, sciens se multò magis disciplinæ regulari subditum. Nec occasione Sacerdotii obliviscatur Regulæ obedientiam & disciplinam; sed magis ac magis in Deum *h* proficiat. Locum verò semper illum *i* atten-

attendat, quo ingressus est in Monasterium, præter officium Altaris, & si fortè electio Congregationis & voluntas Abbatis pro *l* vitæ merito eum promovere vo-
 merit. Qui tamen Regulam, à Decanis *m* vel Præpositis *n* constitutam sibi, servare *o* sciat. Quòd si aliter præsum-
 pserit; non Sacerdos, sed rebellio *p* judi-
 cetur. Et sæpe admonitus si non corre-
 xerit, etiam Episcopus adhibeatur in te-
 stimonium *q*. Quòd si nec sic emenda-
 verit, clarescentibus culpis projiciatur *r* de
 Monasterio: Si tamen talis fuerit ejus
 contumacia, ut subdi aut obedire Regu-
 læ *s* nolit.

a) *Id est, pro suo Monasterio.*

b) *Olim enim ex humilitate vix aut ne vix quidem unus in Monasteriis erat Sacerdos, cum tamen ob vitæ sanctimoniam plurimi essent digni: quod hodieum persæpe invertitur.*

c) *Vel à Summo Pont. vel ab Episcopo loci aut alio habente potestatem ordinandi.*

d) *Id enim multis de causis est convenientius.*

L

e) *Cum*

- c) Cum consilio saltè Seniorum, Ex Boërio § c. 3.
- f) Dignitas hæc pensanda est ex maturitate ætatis & morum, sapientiæ doctrinâ, & conversatione.
- g) Memor Sacerdotis æterni secundum ordinem Melchisedech, Christi JESU, per omnia humillimi atque obedientissimi.
- h) Id est, in virtutibus ad Deum ducentibus.
- i) In stando, eundo, sedendo &c. præterquam quando exercet officium Altaris.
- l) Id est, secundum vel propter vitæ meritum, non propter Sacerdotium præcisè, aut scientiæ magnitudinem. Ex Bernard, Cassin.
- m) Quales sint, vid. suprâ c. 21.
- n) Id est, Priore aliisque Superioribus.
- o) Alii interpungentes post constitutam, legunt sibi servari, alii servandam.
- p) Satis latinè pro rebellis, ut legunt quidam alii: Similiter enim Terentius in Andr. ait: Ubi est scelus, id est, sceleratus, qui me perdidit?
- q) Pro correctione ampliori, conformiter Cap. Abbates, 18. q. 2. § 3.
- r) De quo vid. notata c. 28. lit. g.

s) Per

Per Regulam hęc intelliguntur etiam præcepta Superiorum, ut patet ex anteced.

18. APRIL. 18. AUG. 18. DECEMB.

CAPUT LXIII.

De ordine Congregationis.

Ordines suos *a* in Monasterio ita conservent *b*, ut conversionis *c* tempus, & vitæ meritum *d* discernit *e*, utque Abbas constituerit *f*. Qui Abbas non conturbet gregem *g* sibi commissum, nec quasi liberâ utens potestate, injustè disponat aliquid; sed cogitet semper, quia de omnibus judiciis & operibus suis redditurus est Deo rationem. Ergo secundum ordines, quos constituerit *h*, vel quos habuerint ipsi Fratres, sic accédant ad pacem *i*, ad Communionem *l*, ad Psalmum imponendum *m*, in Choro standum. Et in omnibus omnino locis ætas non discernatur *n* in Ordine, nec præjudicet *o*, quia Samuel & Daniel pueri *p* Presbyteros judicaverunt. Ergo exceptis his, quos, ut diximus, altiori

confilio q Abbas prætulero, vel degraverit s certis ex causis, reliqui omnes, ut convertuntur, ita sint t: ut, Verbi gratia, qui secunda hora diei venerit in Monasterium, juniorem se noverit illius esse, qui prima diei hora venit, cujuslibet ætatis aut dignitatis sit. Pueris u verò per omnia ab omnibus disciplina teneatur x. Juniores igitur priores y suos honorent z; priores juniores suos diligant.

- a) *In incedendo, stando, sedendo conventionaliter &c.*
- b) *Seu observent.*
- c) *Sive ingressus in Monasterium aut Novitiatum, quamvis fortè alius prius emitat professionem. Ità colligitur ex ipsa voce & contextu contra Boërium intelligentem hinc tempus conversionis perfectæ, seu professionis.*
- d) *Non à personâ propriâ, sed ab Abbate judicandum.*
- e) *Vulgò determinat, vel secum fert.*
- f) *Sive ob vitæ meritum, sive ob aliam necessitatem, vel utilitatem.*

g) *Id*

- Id est, *finè causâ non invertat ordinem, quem habent subditi juxta tempus conversionis.*
- l) *Nimirum Abbas.*
- m) *Vel in Missâ post Agnus Dei, secundùm morem antiquum; vel juxta Boërium in susceptione hospitem, aut osculo Neo-Professi &c.*
- n) *Ubi tamen præcedunt ministri altaris, ex praxi & Ceremoniali.*
- o) *Putâ, si Cantores fuerint; aliàs ad intonandam Antiphonam ante Psalmum, juxta c. 47.*
- p) *Id est, non habeatur illius ratio.*
- q) *Hoc est, nulli obfit.*
- r) *Nam S. Ignatius in Ep. ad Magnes. scribit, Samuelem fuisse parvum puellum, quando redarguit nonagenarium Heli; Daniele verò 12. annorum, quando convicit senes adulteros.*
- s) *Seu judicio.*
- t) *Seu collocârit in altiore loco.*
- u) *Vel deposuerit à loco vel gradu aliàs debito.*
- v) *Id est, itâ teneant loca sua.*
- w) *Usque ad annum 15. ætatis, ex c. 70.*

- x) *Seu adhibeatur, in vitâ & moribus.*
 y) *Id est, Seniores.*
 z) *Non honore rerum, sed reverentiâ verborum ac morum, ait Smaragd.*

19. APRIL. 19. AUG. 19. DECEMB.

In ipsâ autem appellatione nominum *a*, nulli liceat alium puro *b* nomine appellare; sed Priores juniores suos Fratres *c* nominent, juniores autem Priores suos Nonnos *d* vocent, quod intelligitur *e* paterna reverentia. Abbas autem, quia vices Christi agere creditur, Dominus *f* & Abbas vocetur, non suâ assumptione, sed honore & amore Christi. Ipse autem cogitet, & sic se exhibeat, ut dignus sit tali honore. Ubicunque autem sibi obviant Fratres, junior à priore *g* benedictionem petat *h*; transeunte majore *i* minor surgat, & det ei locum sedendi: Nec præsumat junior confedere, nisi ei præcipiat Senior suus, ut fiat, quod scriptum est *l*: Honore invicem prævenientes. Pueri parvi vel adolescentes in Oratorio vel *m* ad mensas cum disciplinâ *n* ordines suos consequantur *o*;
 foris

loris p̄ autem ubi ubi q̄ custodiam r̄
habeant & disciplinam, usque dum ad
intelligibilem s̄ ætatem perveniant.

- a) *Id est, prænominum, ex antiquâ præxi;
tum ut excitetur memoria, cultus & imi-
tatio Patroni nominalis; tum verò quia
cognomina sæculum sapiunt, malè quan-
doque sonant, & appellato nobili compla-
centiam ingerunt nobilitatis. Ex Nigrono.*
- b) *Id est, solo præ- aut cognomine; multò
minùs nomine nationis, patriæ, aut officii
vilioris: hæc enim præter inurbanitatem
sæpe sunt lapis offensionis. Idem esto ju-
dicium de tuiffatione.*
- c) *Hoc nomine rectè vocantur Monachi, tum
propter mutuam charitatem & imitationem
primorum Christianorum; tum quia com-
munis eorum mater est Religio, pater Le-
gislator. Interim Cassinenses, ex nostrâ,
ajunt, antiquâ consuetudine ad diffe-
rentiam Mendicantium Monachos no-
stros appellamus Dominos, sed affectu
Fratres: Id quod placet Nigrono; sed
aliis non itèm, malentibus servari nomen*

Patrum & Fratrum, conformius Regula
& humilitati Religiosæ.

- d) Vox satis usitata Veteribus; sed origo dubia: alii derivant à Græco, alii ab Hebræo, alii minùs aptè à Latino nonus, alii à voce Italicâ nonno, quod avum significat. Kiliano & aliis est vox Ægyptia, denotans Monachum sanctitate insignem. Perez & alii quidam legunt Domnos vel Donnos.
- e) Sive quod significat, vel per quod intelligitur.
- f) Alii legere malunt Domnus, vendicantes titulum priorem illi, cui dicitur in Hymno Angelico: Tu solus Dominus. Sed & Papa ipse in Litaniis Sanctorum vocatur Domnus Apostolicus. Idémque innuit Versus vulgatus: Cœlestem Dominum, terrestrem dicito Domnum. Vid. Gavant. c. II. in Rubr. Brev. n. 4.
- g) Seu Seniore.
- h) Dicendo, Benedicite, si fuerit extra loca & tempora interdicta; aliàs tantum humiliter inclinando. Ex Petro Venerab. Bernardo Cassin. &c.
- i) Hoc est, digniore aut Seniore. De quo bel-

le

le *Juvenalis*: Credebant hoc grande nefas & morte piandum, si juvenis vetulo non assurrexerit.

l) Rom. 12.

m) Iterum pro *Et*.

n) Id est, cum debita modestiâ & compositione.

o) Seu teneant, inter se & separatim ab aliis.
Ex Bern. Cassin.

p) Id est, extra Oratorium & mensam, vel etiam Monasterium.

q) Eleganter pro ubique.

r) Seniorum scil. sibi deputatorum, juxta Bern. Cassin. imò & omnium aliorum, juxta lect. præced.

s) Activè; id est, maturiori judicio præditam.

20. APRIL. 20. AUG. 20. DECEMB.

CAPUT LXIV.

De ordinando Abbate.

In Abbatis ordinatione a illa semper consideretur ratio b, ut hic constitua-
tur, quem sibi omnis concors c Congre-
gatio secundum timorem Dei, sive etiam
pars, quamvis parva d, Congregationis

Saniori *e* consilio elegerit. Vitæ autem merito *f* & sapientiæ doctrinâ eligatur, qui ordinandus est; etiam si ultimus fuerit *g* in ordine Congregationis. Quod si etiam omnis Congregatio vitiis suis [quod quidem absit] consentientem personam pari consilio elegerit, & vitia ipsa aliquatenus pervenerint *h* in notitiam Episcopi, ad cuius diœcesim pertinet locus ipse, vel Abbatibus aut vicinis Christianis claruerint *i*; prohibeant pravorum prævalere consensum, & domui Dei *l* dignum constituent dispensatorem *m*, scientes pro hoc se recepturos mercedem bonam, si illud castè *n* & zelo Dei faciant, sicut è diverso peccatum *o*, si negligant.

- a) *Seu electione.*
- b) *Hoc est, semper attendatur.*
- c) *Id est, tota unanimiter.*
- d) *Quod tamen in foro externo locum non habet, nisi probari possit, iniquam esse partis majoris electionem.*
- e) *Id est, meliori vel prudentiori.*
- f) *Hoc est, juxta meritum &c.*

g) *Ex*

- g) *Ex jure tamen habere debet annum ætatis saltè 25. inceptum.*
- h) *Verbum illud deest in plerisque impressis, præsertim antiquioribus; omissum fortè ex incuriâ Scriptorum vel Typothetarum, cum, eo omisso, vix ullus sit sensus.*
- i) *Sive innotuerint:*
- l) *Seu Monasterio, ut alibi explicatum.*
- m) *Sive administratorem.*
- n) *Id est, purâ, nec ullo vano respectu fœdatâ, intentione.*
- o) *Seu pœnam peccati, juxta phrasin familiarem Scripturæ.*

21. APRIL. 21. AUG. 21. DECEMB.

Ordinatus autem Abbas cogitet semper, quale onus suscepit, & cui rediturus est rationem villicationis suæ; sciâtque sibi oportere prodesse a magis, quàm præesse. Oportet ergo eum esse doctum lege! Divinâ b, ut sciât, unde proferat nova & vètera c; castum, sobrium, misericordem: & semper superexaltet misericordiam judicio d, ut idem ipse consequatur e. Oderit vitia, diligat Fratres. In ipsâ autem correptione
pru-

prudenter agat, & nequid nimis; nè, vet
 dum nimis cupit eradere æruginem f, dia
 frangatur vas. Suamque fragilitatem eros
 semper suspectus sit g; memineritque h tem
 calamum i quassatum non conterendum. sup
 In quibus non dicimus, ut permittat nu- a)
 triri l vitia; sed prudenter & cum chari- b)
 tate ea amputet m, prout viderit cuique c)
 expedire, sicut jam diximus n: & stu- r
 deat plus amari o, quàm timeri. Non d
 sit turbulentus p & anxius q, non sit ni- c
 mius r & obstinatus s, non sit zeloty- st
 pus t & nimis suspiciosus; quia nun- d)
 quam requiescit u. In ipsis imperiis t
 suis sit providus & consideratus, sive 3
 secundum Deum, sive secundum sæculum c
 sint x. Opera, quæ injungit, discernat e)
 & temperet y, cogitans discretionem san- q
 cti Jacob dicentis z: Si greges meos plus f)
 in ambulando fecero laborare, morien- t
 tur cuncti unâ die. Hæc ergo aliâque g)
 testimonia aa discretionis Matris virtu- fi
 tum bb sumens, sic omnia temperet, ut h)
 sit, quod & fortes cupiant cc, & infirmi i)
 non refugiant. Et præcipuè dd, ut præ- I
 sentem Regulam in omnibus conser- r
 vet

vet ee; ut, dum bene ministraverit, au-
diat à Domino, quod servus bonus, qui
erogavit ff triticum confervis suis in
tempore suo: Amen dico vobis, ait gg,
super omnia bona sua constituet eum.

- a) *Maximè in Spiritualibus. Vid. c. 2.*
- b) *Id est, Scripturâ Sacrà.*
- c) *Hoc est; omnis generis documenta, suo-
rum captui & statui accommoda: Siqui-
dem Hebræi per hanc phrasin designant ne-
cessaria quæque & utilia ad familiæ su-
sistentationem. Ex Hilar. August. Hier. &c.*
- d) *Id est, præponat clementiam rigori justi-
tiæ. Plura impressa legunt cum Vulgatâ
Jac. 2. Misericordia superexaltet judi-
cium, id est, superior sit iudicio.*
- e) *Judicium enim finè misericordiâ illi,
qui non facit misericordiam. ex loc. cit.*
- f) *Literaliter est rubigo aris; allegoricè au-
tem vitia vel defectus.*
- g) *Magis latinè, suspectam habeat, vel con-
sideret.*
- h) *Ex Isa. c. 42.*
- i) *Literaliter est culmus vel arundo; allego-
ricè homo, corpore vel animo infirmus.*

l) *Seu*

- l) Seu invalere, vel paulatim succrescere.
 m) Seu tollat, vel corrigat.
 n) Scil. c. 2.
 o) Ubi enim amor, ibi timor; & hic sine illo parum fructificat.
 p) Id est impetuosè agens vel loquens.
 q) Quasi ad omnia hærens, an liceant vel expediant.
 r) Smaragdo est idem, quod prodigus; revera autem hæc vox generalior est, ac denotans excessum qualibet in re vel modo.
 s) Seu pertinax in suâ sententiâ.
 t) Hic idem, quod habens zelum nimium vel indiscretum.
 u) Sive quieto est animo.
 x) Hoc est, sive concernant spiritualia, sive temporalia.
 y) Id est, bene expendat & moderetur secundum capacitatem operaturi.
 z) Gen. 33.
 aa) Seu argumenta vel motiva.
 bb) Discretio enim non tam virtus est, quàm quædam moderatrix & auriga virtutum. Tolle hæc, & virtus vitium erit, ait Doct̃or mellifluus.
 cc) Id est, ut fortes [tum animo, tum corpore]

re] habeant, quod cupiant, sive ut habeant causam cupiendi &c. Quem elegantem dicendi modum minus intelligentes alii mirè hîc variant lectionem.

dd) Subaudi ex sensu præced. sic omnia temperet; vel ex initio hujus lectionis, cogitet semper.

ee) Lectio planior, observet.

ff) Seu distribuit.

gg) Matth. 24. & Luc. 12.

22. APRIL. 22. AUG. 22. DECEMB.

CAPUT LXV.

De Præposito Monasterii.

Sæpius quidem contingit, ut per ordinationem Præpositi *a* scandala *b* gravia in Monasterio oriantur, dum *c* sint aliqui maligno spiritu superbiæ inflati, existimantes *d* se secundos Abbates esse, assumentes sibi tyrannidem, scandala nutriunt *e*, & dissensiones in Congregatione faciunt; & maximè in illis locis, ubi ab eodem Sacerdote *f* vel ab eisdem Abbatibus, qui Abbatem ordinant *g*, ab ipsis

ipsis & Præpositus ordinatur. Quòd
quàm sit absurdum, facilè advertitur;
quia ab ipso initio ordinationis materia *h*
ei datur superbiendi, dum ei suggeritur
à cogitationibus suis, exitum eum
esse à potestate Abbatis sui, quia ab ipsis
ordinatus est, à quibus & Abbas. Hinc
fufcitantur invidiæ, iræ, rixæ, detractio-
nes, æmulationes *l*, diffensiones, exordi-
nationes *m*: & dum contraria sibi Abbas
Præpositusq; sentiunt; & ipforum necesse
est sub hac diffensione animas periclitari,
& hi, qui sub ipsis sunt, dum adulantur
partibus, eunt in perditionem. Cujus
periculi malum illos respicit in capite *n*,
qui talis inordinationis *o* se fecerunt au-
thores. Ideoque nos prævidemus expe-
dire propter pacis charitatisque custo-
diam, in Abbatis pendere arbitrio ordi-
nationem Monasterii sui: & si potest fieri,
per Decanos ordinetur, ut antè dispo-
suimus *p*, omnis utilitas Monasterii, pro-
ut Abbas disposuerit; ut, dum pluribus
committitur *q*, unus non superbiat.

a) *Nomen commune omnibus, qui præsent;*
sed usu Monachali appropriatum persona
pri-

*primæ post Abbatem, quam sæcula postero-
riora Priorem vocant.*

- b) *Dicuntur à Theologis dicta vel facta mi-
nùs recta, præbentia alteri occasionem rui-
næ spiritualis.*
- c) *Id est, eò quòd.*
- d) *Alii præponunt et; alii qui, & meliùs.*
- e) *Id est, causant vel dant.*
- f) *Hoc est, Episcopo ex constitutione juris.
Unde sequens particula iterum sumitur
pro et.*
- g) *Iste scil. benedicendo, hi verò assistendo.*
- h) *Ist est, causa vel occasio.*
- i) *Meliùs, se.*
- l) *Seu studia prævalendi parti contraria.*
- m) *Idem, quod inordinationes.*
- n) *Id est, illis præcipuè imputatur.*
- o) *Alii legunt Ordinationis; alii, sed mi-
nùs aptè, talibus inordinationibus, vel
in Ordinatione.*
- p) *Nimirum c. 21.*
- q) *Subintellige, Monasterium, vel utilitas
seu utilis administratio Monasterii.*

23. APRIL

23. APRIL. 23. AUG. 23. DECEMB.

Quòd si aut locus ^texpedit *a*, aut Congregatio petierit rationabiliter cum humilitate, & Abbas judicaverit expedire; quemcunque elegerit Abbas cum consilio *b* Fratrum timentium Deum *c*, ordinet ipse *d* sibi Præpositum. Qui tamen Præpositus illa agat cum reverentiâ, quæ ab Abbate suo ei injuncta fuerint; nihil contra Abbatis voluntatem & ordinationem faciens: quia quantum Prælatus est cæteris, tantò eum oportet sollicitiùs observare præcepta Regulæ. Qui Præpositus si repertus fuerit vitiosus, aut elatione deceptus superbiæ, aut contemptor sanctæ *e* Regulæ fuerit comprobatus, admoneatur verbis usque quater: si non emendaverit, adhibeatur ei correptio disciplinæ regularis. Quod si neque sic correxerit, tunc dejiciatur de ordine Præposituræ, & alius, qui dignus est, in loco *f* ejus subrogetur. Quòd si & postea in Congregatione quietus & obediens non fuerit, etiam de Monasterio expellatur *g*. Cogitet tamen Abbas, se de omnibus judiciis suis Deo redditurum

rum
dia
a)
b)
p
c)
a
d)
f
e)
in
n
B
r
E
E
d
q
f)
l
g)
h)
m
i)
f
n

rum rationem, nè fortè zeli *h* aut invidia *i* flamma urat animam *l*.

- a) *Id est, ex circumstantiis requirit.*
- b) *Nam qui sapiens est, audit consilia. Prov. 12. Vid. etiam suprà c. 3.*
- c) *Ceteri enim facilè quærent prurientem auribus.*
- d) *Ut vel ex hoc intelligat Præpositus suam subjectionem.*
- e) *Tum participialiter, id est, sancitæ vel inviolabiliter constitutæ; tum etiam nominaliter, eò quòd sit à Spiritu sancto, teste B. V. ad S. Birg. Petro Damiani ac Venerab. B. Hildeg. Sc. ritèque observata Sanctos faciat, adeò, ut Antonio Yopez Sancti Ordinis nostri suo jam tempore excedere videantur numerum quinquaginta quinque millium.*
- f) *Alii omittunt in, alii meliùs legunt, in locum.*
- g) *De quo vid. notata c. 28. lit. g.*
- h) *Putat inordinati, vel provenientes ex animo amaro.*
- i) *Quæ describitur habitus inclinans ad tristitiam de bono alieno quasi proprium bonum vel excellentiam minuente.*

1) *Id*

1) *Id est, nè zelus aut invidia ad talem agendi modum inflammet seu incitet.*

24. APRIL. 24. AUG. 24. DECEMB.

CAPUT LXVI.

De ostiariis Monasterii.

Ad portam *a* Monasterii ponatur fenex sapiens, qui sciat accipere responsum *b* & reddere; & cujus maturitas *c* non sinat eum vagari. Qui portarius cellam debet habere juxta portam, ut venientes semper præsentem inveniunt, à quo responsum accipiant. Et mox ut *d* aliquis pulsaverit, aut pauper clamaverit, Deo gratias *e* respondeat, aut benedicat *f*, & cum omni mansuetudine timoris Dei *g* responsum reddat festinanter cum fervore charitatis. Qui portarius si indiget solatio *h*, juniorem *i* Fratrem accipiat *l*. Monasterium autem, si potest fieri, ita debet construi, ut omnia necessaria, id est, aqua, molendinum *m*, hortus, pistrinum *n*, vel artes diversæ intra Monasterium exercentur *o*, ut non
fit

fit necessitas Monachis vagandi foras; quia omnino non expedit animabus eorum p. Hanc autem Regulam volumus sæpius q in Congregatione legi r, nequis Fratrum de ignorantia se excuset s.

- a) Hinc colligit Hæstenns, non nisi unam esse debere, quod *¶* decreto Justiniani confirmat.
- b) Puta, de causis adventus.
- c) *Ætatis videlicet ac morum.*
- d) Id est, quamprimum, ut sæpius dictum.
- e) Formulam hanc Monachalem contra circumcellionum oblocutiones propugnat S. Aug. in Psalm. 132. Et Ep. 77. scribit, nec posse dici brevius, nec audiri lætius, nec intelligi grandius, nec agi consultius, quam Deo gratias.
- f) Id est juxta Boërium, bona verba dicat, vel bene venire jubeat. Juxta Smaragd. verò *¶* Turrecr. idem est, quod benedicite, vel ut habet Concordia, benedic; subintelligendo, respondeat. Melius putem accipi pro re nata, ita scil. ut ipse benedictionem det inferiori, à digniore verò petat.

g) Id

- g) *Id est, proveniente ex timore Dei, utpote qui factus in terris quasi agnus mansuetus, arguet in æquitate pro mansuetis terræ contra immansuetos.*
- h) *Seu socio adjuvante.*
- i) *Velut magis agilem magisque obsequentem.*
- l) *Non auctoritate propriâ, sed secundum dispositionem Abbatis, à cuius arbitrio iuxta c. præced. tota pendet ordinatio Monasterii.*
- m) *Seu ædificium mola.*
- n) *Seu officina pistoria pro coquendis panibus.*
- o) *Verbum hoc relatum ad artes, sumitur propriè; ad præcedentia verò, impropriè pro habeantur.*
- p) *Juxta magni enim Antonii effatum, Monachi extra Monasterium sunt velut pisces extra aquam.*
- q) *Hinc ex praxi jam inde à Smaragdi temporibus ultra annos octingentos usitatâ quotidie legitur pars ejusdem.*
- r) *Et explicari, ubi videtur necessarium, ex Decreto Clementis V. Alcuino &c.*
- s) *Sicut*

Sicut enim Regula bonis ac devotis ad profectum quotidie legitur; sic tepidis, malis seu negligentibus, ut sint inexcusabiles, ad damnationis cumulum recitatur, ait Trithemius.

25. APRIL. 25. AUG. 25. DECEMB.

CAPUT LXVII.

De Fratribus in viam directis.

Dirigendi a Fratres in viam, omnium Fratrum vel Abbatis se orationi commendent *b*: & semper ad Orationem ultimam *c* Operis Dei, commemoratio omnium absentium fiat. Revertentes autem de viâ Fratres, ipso die quo redeunt, per omnes Canonicas Horas *d*, dum expletur Opus Dei, prostrati solo *e* Oratorii ab omnibus petant orationem propter excessus: ne quid fortè subripuerit *f* in viâ visûs aut auditûs malæ rei, aut otiosi *g* sermonis. Nec præsumat quisquam alii referre, quæcunque foris *h* Monasterium viderit aut audiêrit; quia

quia plurima *i* destructio est. Quòd si quis præsumpserit, vindictæ *l* regulari subiaceat. Similiter & *m* qui præsumpserit claustra Monasterii egredi *n*, vel quocunque ire *o*, vel quidpiam, quamvis parvum, sinè iussione *p* Abbatis facere.

- a) Numerus pluralis non obscure insinuat, iter agendum esse cum socio: idque suadent [1.] exempla discipulorum Christi, & S. PATRIS NOSTRI in Vitâ c. 4. 5. 33. &c. [2.] Veterum ac RR. Ordinum praxis. [3.] Emolumenta varia Societatis. [4.] Honestatis ratio, imò & [5.] malevolos aliorum sermones evadendi necessitas.
- b) Ut corpore & animâ salvi redeant. Pro exemplo in libris Gen. & Tob. sunt Isaac, Laban, Tobias benedicentes filiis suis, iter acturis: consentitque Vet. ac RR. Ordinum praxis.
- c) Non solius, ut Menardus vult, Completorii; sed omnium Horarum: sic enim jam olim, teste B. Hildegarde, in fine Orationis Dominicæ addebatur: Et famulos tuos Fratres nostros absentes. Alii postmodum

dum in Collectis Officii vel principalis, vel
 Mariani, inseruerunt similem quandam
 pro absentibus commemorationem. Modò
 autem fit in fine Officii, ubi ad Divinum
 auxilium R. Et cum Fratribus nostris
 absentibus Amen.

d) Id est postea mitigatum ac limitatum ad
 unam. Ex declaratione Cassin. Bursf. &c.

e) Id est, in terrâ vel pavimento.

f) Seu subrepserit. vid. notata c. 39. lit. i.
 Alii quidam legunt, nequis fortè subri-
 puerit, alii ne cui; neutrum malè, si vi-
 sus & auditus accipiatur in nominat.

g) De hoc vid. notata c. 6. sub finem.

h) Seu extra. Alii legunt foris Monasterio,
 alii Monasterii.

i) Idest, maxima. Rumores enim inquie-
 tant cor, & mentem distrahunt, & de-
 votionem exhauriunt, & tempus finè
 utilitate consumunt, ait D. Bonav.

l) Seu pœnæ, juxta arbitrium Superioris.
 Vid. etiam super his notata c. 51. itèm c.
 12. Vitæ S. BENEDICTI: itèm Statuta
 nostra à pag. 286.

m) Subaudi ex præced. subjaceat vindictæ
 regulari.

M

n) De

- n) De quo vid. Statuta pag. 179.
- o) Etiam intra Monasterium, ex Bernard. Cassin. Commendatur nimirum hinc solitudo cellæ, verus paradisus voluptatis, omnisque virtutis, doctrinæ ac ^{Per}fectionis mater, tantopere culta Veteribus, ut ne communi quidem ac naturali necessitati satisfacere suâ authoritate præsumerent. Ex Cassiano.
- p) Seu licentiâ. Vid. etiam dicta c. 49. sub finem.

26. APRIL. 26. AUG. 26. DECEMB.

CAPUT LXVIII.

Si Fratri impossibilia injungantur.

Sicuti Fratri aliqua fortè gravia aut impossibilia injunguntur a, suscipiat quidem jubentis imperium cum omni mansuetudine & obedientiâ b. Quòd si omnino virium suarum mensuram viderit pondus c oneris excedere, impossibilitatis d suæ causas ei, qui sibi præest, patienter & opportunè suggerat e, non superbiendo, aut resistendo, vel contradicen-

dicendo. Quòd si post suggestionem
 suam *f* in suâ sententiâ Prioris *g* impe-
 rium perduraverit, sciat junior ità sibi
 expedire; & ex charitate *h* confidens de
 adjutorio Dei *i* obediat.

a) Idem ante & post S. P. N. fecere plures
 Monachorum Magistri.

b) Id est, animo prompto ad obediendum.

c) Seu gravitatem.

d) Non verò puræ difficultatis, juxta Ber-
 nardum Cassin. & Boërium: quanquam &
 hoc ab aliis permittatur.

e) Id est, insinuet, vel modestè proponat.

f) Melius ejus, nisi malis cum aliis omittere.

g) Id est, Superioris.

h) Quæ juxta Apostolum omnia credit, o-
 mnia sperat, omnia sustinet; & juxta
 Chrysologum non accipit de impossibi-
 litate solatium, non recipit de difficul-
 tate remedium.

i) Utpote per quod omnia possibile sunt
 credenti.

l) Pro quo notandum, triplicem esse impossi-
 bilitatem: [I. Absolutam & ex naturâ
 rei, quæ nonnisi per miraculum, aut ne per

miraculum quidem fieri potest. [2. Ex
 præcepto Divino vel Ecclesiastico prohiben-
 te. [3. Ex opinione subditi, sive secundum
 capacitatem aut vires præsentis, ut cor-
 pore infirmo triturare frumentum; sive
 in ordine ad finem intentum, ut rigatio li-
 gni aridi, ut virescat, infusio aquæ in do-
 lium pertusum, ut impleatur &c. In dua-
 bus prioribus non tenetur parere subditus;
 ac miranda potius sunt, quàm imitanda
 simpliciter quorundam Sanctorum exempla,
 qui contrarium fecere ex speciali instinctu
 Spiritus S. Tenetur tamen etiam in illis
 monstrare promptum affectum, & facere,
 quantum potest & licet citra grave nocu-
 mentum aut temeritatem. Ex Suar. Sanch.
 &c. In 3tia verò parere tenetur, quia
 an aliquid sit possibile, subditus non
 debet suo iudicio definire, sed in ju-
 dicio Superioris stare, ait S. Thomas I.
 2. q. 13. a. 5. ad 3. Quòd autem S. P. N.
 loquatur de tertio genere impossibilium, pa-
 tet tum ex S. Thomá l. cit. tum etiam ex
 contextu ipso; quid enim aliud est impos-
 sibilitatis suæ, quàm sibi apparentis?

27. APR.

27. APRIL. 27. AUG. 27. DECEMB.

CAPUT LXIX.

Ut in Monasterio non præsumat alter alterum defendere.

Præcavendum est, nè quavis occasione *a* præsumat alter alterum defendere Monachum in Monasterio *b*, aut quasi tueri *c*, etiamsi quâlibet consanguinitatis propinquitate jungantur. Nec quolibet modo *d* id à Monachis præsumatur; quia exinde gravissima *e* occasio scandalorum *f* oriri potest. Quòd si quis hæc transgressus fuerit, acrius coërceatur.

- a) *Etiam justitiæ vel æquitatis causâ.*
 b) *Nam apud extraneos id licet, imò & obligationis est, si & in quantum sinè offensâ fieri potest.*
 c) *Putâ, laudando, adulando, imitando factum &c. Alii intelligunt, tueri factò, defendere verbo. Aliis denique idem sonat quasi tueri, ac arrogare sibi jus & potestatem defendendi, instar tutoris.*
 d) *Sive verbo, sive factò; sive directè, sive indirectè. &c.*

e) *Id est, maxime nociva.*

f) *Id est, rixarum, contentionum &c.*

28. APRIL. 28. AUG. 28. DECEMB.

CAPUT LXX.

*Ut non præsumat quisquam passim a
alium cedere.*

Ut vitetur *b* in Monasterio omnis præsumptionis occasio, ordinamus atque constituimus, ut nulli liceat quemquam Fratrum suorum excommunicare *c* aut cedere *d*, nisi cui potestas ab Abbate data fuerit. Peccantes *e* autem coram omnibus arguantur, ut cæteri metum habeant *f*. Infantibus *g* verò usque ad quintum decimum *h* annum ætatis disciplinæ diligentia adhibeatur, & custodia sit ab omnibus *i*; sed & hoc cum omni mensurâ & ratione. Nam in fortiori ætate *l* qui præsumpserit aliquatenus *m* sinè præcepto Abbatis, vel in ipsis infantibus *n* sinè discretionem exarserit *o*, disciplinæ regulari subjaceat: quia scriptum est *p*: Quòd tibi non vis *q* fieri, alii nè feceris.

a) *Id*

- a) Id est, quilibet promiscuè.
- b) Alii omittunt ut. Antiquiores legunt, Vetetur.
- c) Nè excommunicatione quidem regulari minori, nedum majori aut Ecclesiasticâ soli Abbati competente. Vid. Statuta nostra pag. 203. & 209. cum seqq.
- d) Seu verberare.
- e) Puta, vel culpâ regulari, vel peccato publico.
- f) Ex Apostolo I. Tim. 5. Et ad hoc deserviunt Capitula culparum.
- g) Quæ vox hîc non accipitur strictè, sicut in Jure, pro puero septenni aut eo minori; sed paulò latius pro impubere, ut patet ex adjunctis.
- h) Puta, inchoatum; completo enim 14to masculi in Jure censentur puberes.
- i) Id est, diligenter ab omnibus attendatur; ut in disciplinâ vitæ ac morum bene fundentur ac custodiantur.
- l) Id est, in adultioribus.
- m) Seu aliquo modo; & subaudi ex præced. adhibere ejusmodi disciplinam.
- n) Subintellige ex initio, cadendis vel arguendis.

o) *Id est, indiscretè processerit.*

p) *Tob. 4. verbis similibus.*

q) *Intellige, rationabiliter: fortè enim Judex aut Superior, si esset loco subditi delinquentis, puniri se pro delicto nollet; sed quia hæc voluntas irrationabilis esset & æquitati repugnans, omnino tenetur facere oppositum.*

29. APRIL. 29. AUG. 29. DECEMB.

CAPUT LXXI.

Ut obedientes sibi invicem sint Fratres.

Obedientiæ bonum non solum Abbati exhibendum est ab omnibus; sed etiam sibi invicem *a* ita *b* obediant Fratres, scientes per hanc obedientiæ viam se ituros ad Deum. Præmissis ergo Abbatibus aut Præpositorum *c*, qui ab eo constituuntur, imperio [cui non permittimus privata *d* imperia præponi] de cætero omnes juniores Prioribus *e* suis cum omni charitate & sollicitudine obediant. Quod si quis contentiosus *f* reperitur,
cor-

corripiatur. Siquis autem Frater pro quavis g minimâ causâ ab Abbate, vel à quocunque Priore h suo corripitur quolibet modo; vel si leviter senserit animum Prioris cujuscunque contra se iratum vel commotum, quamvis modicè; mox i finè morâ tamdiu prostratus l in terrâ ante pedes ejus jaceat satisfaciens, usque dum benedictione m sanetur n illa commotio. Quòd si quis contempserit facere, aut corporali vindictæ o sub- jaceat, aut, si contumax p fuerit, de Mo- nasterio expellatur q.

a) Non quòd junior quivis aut subditus ha- beat imperare, Senior aut Superior parère; sed quòd pro ratione officiorum V. G. Can- toris, Ceremoniarii &c. certam aliquando subordinationem exigentium, vel secun- dum vices hebdomadarias ministerii Alta- ris, mensæ aut coquinæ, debeat alter alteri subinde juniorei inservire ac deferre. Me- morabile hîc est, quòd S. noster Anselmus in Angliam reversurus ab Urbano II. eni- xè petièrit, obtinueritque viæ comitem Edi- nêrum Monachum, à cujus nutu & vo-

- luntate pendens, etiam in Archiepiscopatu haberet obediendi locum & meritum.
- b) Id est, similiter. Alii omittunt.
- c) Seu Superiorum.
- d) Id est, aliorum non Superiorum.
- e) Id est, Senioribus.
- f) Contra ejusmodi imperia.
- g) Subintellige, etiam vel licet.
- h) Sive Superiore, sive Seniore.
- i) Intellige, quamprimum fuerit occasio, sive in-sive extra Capitulum.
- l) Ex more antiquo apud Cassian. Sc. ad denotandam majorem humilitatem. Cassianenses tamen non prostrati, sed genuflexi culpam dicere perhibentur.
- m) V. G. hac expressâ in Statutis pag. 203. Frater indulgeat vobis Dominus; à satisfactione cessetis.
- n) Id est, monstret se sanatum, vel jam cessare.
- o) Scil. jejuniis, disciplina regulari aut alteri afflictioni juxta arbitrium Superioris.
- p) Sive obstinatus in malo.
- q) De quo vid. notata c. 28. lit. g.

30. APR.

30. APRIL. 30. AUG. 30. DECEMB.

CAPUT LXXII.

*De zelo bono, quem debent habere
Monachi.*

Sicut est zelus amaritudinis *a* malus, qui separat à Deo, & ducit ad infernum; ita est zelus bonus, qui separat à vitiis, & ducit ad Deum, & ad vitam aeternam. Hunc ergo zelum ferventissimo amore *b* exerceant Monachi: id est, ut honore se invicem praeveniant; infirmitates suas, sive corporum, sive morum, patientissime tolerent *c*; obedientiam sibi certatim impendant *d*. Nullus, quod sibi utile *e* judicat, sequatur; sed quod magis alii *f*. Charitatem Fraternalitatis *g* casto *h* impendant amore; Deum timeant *i*; Abbatem suum sincerâ & humili charitate *l* diligant; Christo omnino nihil præponant *m*, qui nos pariter ad vitam aeternam perducat, Amen. *n*

a) Puta, invidia, ira, vindicta &c.

b) Erga Deum & proximum.

c) Co-

- c) Cogitando, plures fortè & majores in se
reperiri defectus, ab aliis supportandos.
- d) Id est, ità exhibeant, ut alter alterum
in eâ studeat vincere.
- e) Proprium hoc interesse, ut vulgò nomi-
natur, est mater proprietatis, multarum
inordinationum radix, ac pestis Religionis.
- f) Præsertim Communitati: bonum enim
publicum prævalere debet privato.
- g) Seu fraternam.
- h) Subintellige, sibi invicem. Repugnat
autem casto huic amoris omnis levitas, scur-
rilitas, dissolutio, manuum injectio, clan-
destina familiaritas &c.
- i) Utpote qui juxta Prophetam Regium etiam
justitias judicabit, quantò magis peccata?
- l) Alii legunt, sincerâ humilitate.
- m) Quia nec ille nobis quidquam præ-
posuit, ait S. Cypr.
- n) Vox Hebræa est, hîc idem significans,
quod fiat, & spem ac desiderium SS. PA-
TRIS N. pro nobis demonstrans.

I. MAJI. 31. AUG. 31. DECEMB.

CAPUT LXXIII.

*De eo, quòd non omnis justitiæ obser-
vatio in hac sit Regulâ constituta.*

Regulam hanc *a* descripsimus *b*, ut
eam observantes in Monasteriis,
aliquatenus vel honestatem morum, aut
initium *c* conversationis *d* nos demon-
stremus habere. Cæterùm ad perfectio-
nem conversationis qui festinat, sunt do-
ctrinæ sanctorum Patrum, quarum ob-
servatio perducit hominem ad celsitudi-
nem perfectionis. Quæ enim pagina,
aut quis sermo Divinæ authoritatis *e* ve-
teris ac novi Testamenti non est rectis-
sima norma vitæ humanæ? Aut quis li-
ber sanctorum Catholicorum Patrum
hoc non résonat *f*, ut recto cursu per-
veniamus ad Creatorem nostrum? Nec-
non & Collationes Patrum *g*, & Institu-
ta *h*, & vita eorum, sed & Regula sancti
PATRIS nostri *i* Basilii, quid aliud sunt,
nisi bene viventium & obedientium Mo-
nachorum instrumenta virtutum? Nobis
autem desidiosis, & malè viventibus atque
negli-

negligentibus rubor confusionis / est.
 Quisquis ergo ad patriam cœlestem festi-
 nas, hanc minimam inchoationis in Regu-
 lam descriptam n̄ adjuvante Christo per-
 fice: & tunc demum ad majora, quæ supra
 commemoravimus, doctrinæ virtutum-
 que culmina, Deo protegente o perve-
 nies. Amen p̄.

Explicit q̄ Regula SSmi Patris nostri
 BENEDICTI.

a) Unâ cum Prologo & inscriptionibus seu
 titulis Capitulorum, ut patet ex Concordiâ
 Regularum, Smaragdo &c. Itēque cap.
 4. & 34. Quibus si demas titulum, vix
 sensus erit aut connexio cum præcedentibus.
 Numerus tamen Capitulorum non itâ semper
 fuit appositus. Præsentem verò eorum
 divisionem ac distributionem per annum,
 fecere Bursfeldenses.

b) Et quidem juxta Gazæum, Menardum
 & alios in Sublaco; juxta Petrum Diac.
 Tepez, Trithem. &c. in monte Cassino. Ve-
 risimilius inchoata est in Sublaco [procul
 dubio enim, qui ibidem Monasteria
 fecit & Monachos, ipse eis Regulam
 tradidit, inquit Leo IX. Idēque infi-

nuatur

nuatur c. 12. *Vitæ S. BENEDICTI]*
Cassini autem perfecta & aucta; quod pa-
tère videtur ex pluribus Cap. Regula,
agentibus de majori Congregatione variis-
que Officialibus: hæc enim in Monasteriis
Sublacensibus 12. tantum Monachos con-
continentibus non habuerunt locum.

- c) Explicationem vide infra lit. m.
- d) Subintellige, *sanctæ vel religiosæ: quâ ead-*
dem phrasi utitur S. Greg. in Vitâ S. P. N.
c. 1. Alii legunt, conversionis, sicut &
in seq.
- e) Id est, *Sacræ Scripturæ.*
- f) *Seu clarè docet.*
- g) *Relatæ à Cassiano.*
- h) *Ex Bernardo Cassin. sunt 12. Libri In-*
stitutionum ejusdem Cassiani, quibus S.
Thomas & alii titulum faciunt: De in-
stitutis Cœnobiorum.
- i) *Titulum hunc D. BENEDICTUS tri-*
buit S. Basilio, partim amoris & obser-
vantiæ causâ; partim ob praxin antiquis-
simam, quâ cuicumque insigni Sancto, præ-
sertim Doctori aut Monachorum Institu-
tori titulus ille tribui consuevit, ut patet
ex Biblioth. Vet. Patrum, variisque Me-
nolo-

nologiis, ubi & Græci ipsimet legislatori nostro titulum Sancti PATRIS nostri tribuunt. Frustra proinde est Gallonius, ex his verbis contendens, D. BENEDICT. initio fuisse sub Regulâ S. BASILII: maximè cum ex Vitâ S. P. N. constet, eundem non Cœnobiticam in Claustro, sed Eremiticam in Specu vitam initio exercuisse.

l) Subintellige, exinde.

m) Vel respectu perfectioris vitæ Eremiticæ aut Scripturæ Sacræ, ut exponit Turrecrem. Vel potius ex profundâ SSmi P. N. humilitate, ut rectè notant Petrus Damiani, & alii. Scripsit enim Regulam discretionem præcipuam, fermone luculentam, ex Greg. M. plenam & copiosam, cui nihil addendum vel demendum, ex B. Hildeg. Sanctam & à Spiritu S. dictatam ex dictis c. 65. perfectissimam ex Turrecr. &c. utilissimam toti Ecclesiæ, ex Haefsteno, 12. fructus insignes referente: Regulam tantæ authoritatis, ut varii Pontifices & Concilia in decretis suis illam pro normâ habuerint; Varia quoque id temporis Monasteria, & plures postmodum Ordines, duo-

n)

o)

p)

duodecim saltè Monastici ac totidem Militares ex toto, reliqui ex parte eandem assumpserint. Denique cæteris omnibus præferendam, ex Goffrido Vindoc. Trithem. itémque S. Antonino in hæc verba: Regula Basilii fati intricata est; Regula Augustini multùm generalis, & ad particularia parùm descendens.... Regula S. Francisci brevis, & propterea multa ibi præcepta scrupulis plena: sed Regula S. BENEDICTI singula quæque clarè describit.... Hanc omnes Monachi occidentis pro fundamento tenent. &c. Sic Regulam nostram laudat os alienum, quam proprium vocat minimam.

n) Id est, conscriptam; vel si idem, quod exscriptam, intellige ex autographo Spiritûs S. juxta mox dicta.

o) Id est, auxiliante.

p) Vid. notata c. præced. in fine. Porrò S. Hildegard. S. Bonizo Episcopus, Trithem. Smaragd. Boër. &c. contextui Regulæ hîc apponunt: Facientibus hæc, regna patebunt æterna; quamvis desit antiquioribus Cassinensium codicibus. Concordat optimè

optimè Oraculum relatum ab Arnoldo Wion
*l. 1. Ligni vitæ p. 8. ex archivis Monasterii
 Lerinensis, quòd nullus in Ordine no-
 stro morietur, nisi in statu salutis &c.*
 q) *Vox minùs Latina, G, ut videtur, dimi-
 nuta à participio explicitus, quod Mar-
 tialis l. 14. usurpat pro absolutus vel fi-
 nitus. Finitum híc pariter vides amice
 Lector, sin minùs absolutum, præsentem
 Commentarium, pro quo*

soLI Deo sIt perpetVVs
 honor, DIVoqVe BENE-
 DICTo gLoria.



INDEX CAPITUM

*Cum synopsi Leoninâ
pro faciliore memoriâ.*

Prologus invitans ad observantiam mandatorum. Pag. 1.

*Eja age nate redi, præceptis Patris obedi:
Crede, per hasce scholas tutus ad astra volas.*

Cap. I. De generibus Monachorum 13.

*Quadruplices dantur Monachi, sed rite
probantur*

Soli Claustricolæ, vix & Eremiticæ.

II. Qualis debeat esse Abbas. 19.

*Abbatis nomen felix comitetur & omen,
Cura sit omnis ei pro grege, lege Dei.*

III. De adhibendis ad consilium Fratribus. 30.

*Plura vident plures; hinc Abba exquirere
cures*

*Consilium Fratrum non minus, atque
Patrum.*

IV. Quæ sint instrumenta bonorum operum. 34.

*Qui flores plantare cupis, loliúmque se-
care,*

Instrumenta tene, queis operere bene.

V. De Obedientiâ. 44.

Non

*Non quæras, quare? sinè cur, sinè mur-
mure pare,*

*Fac citò, rumpe moras, tædia mitte
foras.*

VI. De Taciturnitate. 51.

Ne laxes plenas ori malecautus habenas:

*Os, quod ubique patet, sorde frequen-
te scatet.*

VII. De Humilitate. 55.

Si cupias rectà Superùm conscendere tecta,

En, humili soli pervia, scala poli.

VIII. De Officiis Divinis in noctibus. 84.

Tempore signato fas est consurgere strato

Ad recreata thoro membra dicanda Choro.

IX. Quanti Psalmi dicendi sint noctur-
nis horis. 87.

Noctibus hybernis, fuerit si feria, cernis,

Quæ psallenda tibi præcipiantur ibi.

X. Qualiter æstatis tempore agatur no-
cturna laus. 92.

Ejusdem laudis moderamen protinus audis,

Fiat ut æstatis noctibus inde satis.

XI. Qualiter Dominicis diebus Vigiliæ
agantur. 93.

Porro die Solis, pœnas si pendere nolis,

Est brevianda quies; sic jubet alma dies.

XII. Quo-

XII. Quomodo matutinorum solemni-
nitas agatur. 98.

*Manè requisitum dicto pro tempore ritum
Nunc quoque devotâ sedulitate nota.*

XIII. Qualiter privatis diebus Matutini
agantur. 100.

*Matutina Dei privatae cuique diei.
Hic assignatur laus, monitumque datur.*

XIV. Qualiter in natalitiis Sanctorum
agantur Vigiliæ. 104.

*En Breve festivum, quod te solemnia Di-
vum*

Concelebrare docet, nec brevitate nocet.

XV. Quibus temporibus Alleluja dica-
tur. 105.

*Vox exultantis justâ de laude Tonantis
Congrua quando sonet, lex sacra rite
monet.*

XVI. Qualiter Divina opera per diem
agantur. 106.

*Septenis horis laudum tibi Cantica nôris
Persolvenda piè quolibet esse die.*

XVII. Quanti Psalmi per easdem horas
dicantur. 109.

*Ecce! Deo, quantum poscat devotio cantum,
Ut per quasque vices luce fluente dices.*

XVIII.

XVIII. Quo ordine Psalmi dicendi
fint. 112.

*Mox tibi lex almos partitur provida Psalmos,
Ordine quosque vocans, appositèque locans.*

XIX. De Disciplinâ psallendi. 119.

*Psallere devotè studeas; utque æmula mota
Concordet voci mens, procul ite joci.*

XX. De Reverentiâ Orationis. 122.

*Sit pia, pura, brevis, demissa Oratio quævis
In planctu & fletu, cum reverente metu.*

XXI. De Decanis Monasterii.

Si numerosa manus videatur egere, Decanus

Denos quosque regat, præsidioque tegat.

XXII. Quomodo dormiant Monachi. 124

*Vestiti cuncti jaceant, ac domate juncti;
Sint juvenumque penes singula strata senes.*

XXIII. De Excommunicatione culparum. 127.

*Si vicibus ternis monitus pia dogmata
Spernis,*

Te censura ferit, plaga vel acris erit.

XXIV. Qualis debeat esse modus Excommunicationis. 130.

In culpâ ☽ pœnâ subsit proportio plena :

Si sit culpa levis, sit quoque pœna brevis.

XXV. De gravioribus culpis. 132.

Os, orare, vale, si crimen sit capitale,

*Mensam ☽ collegas pœna probrosa ne-
gas.*

XXVI. De his, qui finè jussione Abba-
tis jungunt se excommunicatis. 133.

Censurâ tacto, nullo sociabere pacto,

Ni' vis mulctari conditione pari.

XXVII. Qualiter debeat Abbas esse soli-
citus circa excommunicatos. 134.

*Antidotis plenus sapiensque sit Abba Ga-
lenus,*

*Sit profugos quærens Pastor, opémque
ferens.*

XXVIII. De his, qui sæpius correpti non
emendaverint. 137.

Cedere qui verbis plagis que recusat acerbis,

Abscissus vadat, nè bona turba cadat.

XXIX. Si debeant iterum recipi Fratres
exeuntes de Monasterio. 140.

*Transfugæ ☽ ejeçto, veteri se subdere te-
cto*

Ter permittatur : deinde repulsa datur.

XXX. De

XXX. De pueris minori ætate, qualiter
corripiantur. 141.

*Ne male succrescant pueri, vitiis que pu-
trescant,*

*Nequitias demat virga, famés que pre-
mat.*

XXXI. De Cellerario Monasterii. 142.

*Sis humilis, mitis, fugitans Cellarie litis,
Sobrius, urbanus; nec sit avara manus.*

XXXII. De ferramentis vel rebus Mo-
nasterii. 146.

*Pro ferramentis claustralibus ac tegumentis
Custos esto bonus, qui bene portet onus.*

XXXIII. Si debeant Monachi aliquid pro-
prium habere. 147.

*Est Monachus nequam, Monacho qui re-
spuit æquam*

Pauperiem, quâvis proprietate gravis.

XXXIV. Si omnes æqualiter debeant ne-
cessaria accipere. 152.

*Si fragili genti tribuantur plura petenti,
Frater amice fave, murmura fæda cave.*

XXXV. De Septimanariis coquinæ. 153.

*Cuncti alternatim famulentur, & hebdo-
madatim*

*Mensæ operam navent, vasa pedésque
lavent.* XXXVI.

XXXVI. De infirmis Fratibus. 158.

*Fratibus ægrotis faveantur congrua votis,
Cum famulo gnaro balnea, vina, caro.*

XXXVII. De senibus vel infantibus. 161.

*Ipsa velut juvenumque petit natura senumque,
Parcat utrisque rigor; frangitur inde vigor.*

XXXVIII. De hebdomadario Lectore. 162.

*Curandum impensè, ne desit lectio mensæ;
Illa saginet ibi cor; stomachumque cibi.*

XXXIX. De mensurâ ciborum. 166.

*Cum librâ panis duo pulmentaria sanis
Indixisse placet: sic gula victa jacet.*

XL. De mensurâ potûs. 169.

*Est hemina satis pronis in vina palatis:
Quisquis rite sapit, vix moderata capit.*

XLI. Quibus horis oporteat reficere Fratres. 172.

*Queis fuerit moris prandere, ostenditur,
horis:*

Temperet hæc natus pro ratione status.

XLII. Ut post Completorium nemo loquatur. 174.

N

Cun-

*Cunctis completis servanda est hora
quietis :*

*In vetitum pronos comprime lingua
sonos.*

XLIII. De his, qui ad Opus Dei vel ad
mensam tardè occurrunt. 178.

*Audito signo templi mensæque, maligno
Nè pateat sedes, accelerato pedes.*

XLIV. De his, qui excommunicantur,
quomodo satisfaciant. 181.

*Ante Chori limen supplex grave dilue
crimen*

Flebilibus votis tristitiæque notis.

XLV. De his, qui falluntur in Orato-
rio. 183.

*Siquem, dum psallit, mens fortè impro-
vida fallit,*

*Sponte piare malam rem decet atque
palàm.*

XLVI. De his, qui in levibus rebus
delinquunt. 184.

*Sicubi quid fractum, destructum, vel malè
factum,*

Culpas prode tuas, ne graviora luas.

XLVII. De significandâ horâ Operis
Dei. 186.

Ho-

*Horas nocturnas curet pariterque diurnas
Solicitus Frater, nī velit Abba Pater.*

XLVIII. De opere manuum quotidiana-
no. 187.

*Nunc lege, nunc ora, nunc psalle, subin-
de labora:*

Otia sunt animis exitiosa nimis.

XLIX. De observatione Quadragesi-
mæ. 194.

*Emendent mores, culpas tergantque prio-
res*

Sacra Quadragenæ tempora ducta bene.

L. De Fratibus, qui longè ab Oratorio
laborant, aut in viâ sunt. 196.

*Longius absentes, vel iter fortasse tenen-
tes,*

Sueta statis horis solvite pensa foris.

LI. De Fratibus, qui non longè profi-
ciscuntur. 198.

*Quo te cunque feras, reditum si vespere
speras,*

Sobrius abscedes, nil nisi iustus edes.

LII. De Oratorio Monasterii. 199.

*Munda rei vanæ sint Oratoria planè;
Utque ferunt secum, sint loca sacra
precum.*

LIII. De hospitibus suscipiendis. 206.

Hospes adest? istum velut ipsum suscipe

Christum,

Plus gaudens Iro, quàm locuplete viro.

LIV. Quòd non debeat Monachus literas seu eulogias accipere. 207.

Abbate invito seu reclamante petito,

Nulla acceptabis munera, nulla dabis.

LV. De vestiariis & calceariis Fratrum. 209.

Non color aut vestis Monachum conturbet agrestis;

Serica non quærat, vilia quæque ferat.

LVI. De mensâ Abbatis. 217.

Ni commensales fuerint aliunde, gregales

Quos, Prælate, libet, mensa paterna cibat.

LVII. De artificibus Monasterii. 218.

Nesciat elatos, fraudemque inferre paratos

Ars quæcunque, decet; nè maleculæ necet.

LVIII. De disciplinâ suscipiendorum Fratrum. 220.

Nota

Non facile ingressus tribuatur; neve professus

Quis citius fiat, quam mala ferre sciatis

LIX. De filiis Nobilium vel pauperum quomodo offerantur. 232.

Qualiter offerri proles, quæ munera ferri congruat, ecce parens dives, opumque carens.

LX. De Sacerdotibus, qui voluerint habitare in Monasterio. 235.

Ad Claustrum normam vitæ componere formam

Ni tibi, Mysta, lubet, lex procul ire jubet.

LXI. De Monachis peregrinis, qualiter suscipiantur. 237.

A vitiis sospes Monachus cum venerit hospes,

Si remanere petat, nil stabilire vetat.

LXII. De Sacerdotibus Monasterii. 240.

Dignus adoptetur Monachus, qui Mysta sacretur,

Sacratúsque pias instet, ut antè, vias.

LXIII.

LXIII. De ordine Congregationis. 243.

*Converso primùm primas dare condecet
imum :*

Exornare bonos mutuus optat honos.

LXIV. De ordinando Abbate. 249.

*Fas est, Prælatus concorde sit ore creatus,
Sobrius & prudens, suavè præesse stu-
dens.*

LXV. De Præposito Monasterii. 255.

*Præpositi munus Præsul determinet unus,
Ad cujus legem dirigat iste gregem.*

LXVI. De ostiariis Monasterii. 260.

*Portæ Claustrali Senior cum Fratre sodali
Invigilet, suavis moribus atque gravis.*

LXVII. De Fratibus in viam dire-
ctis. 263.

*Sit comes egressis benedictio, sitque re-
gressis :*

Non decet expromi facta novella domi.

LXVIII. Si Fratri impossibilia injun-
gantur. 266.

*Urget ubi Præses, cave sis sub pondere
deses,*

Vel posse indages; Numine fretus ages.

LXIX.

LXIX. Ut in Monasterio non præsumat
alter alterum defendere. 269.

*Est Monachi veri nullum vel voce tueri;
Dissidii fomes nam solet esse comes.*

LXX. Ut nullus præsumat alium cædere
vel excommunicare. 270.

*Injussus cadat nemo; nec parvula lædat
Corda furor cæcus, lege jubente secus.*

LXXI. Ut obedientes sibi invicem sint
Fratres. 272.

*Subdere mandato Seniorum, & corpore
strato*

Offensas leni, vulnera dura seni.

LXXII. De zelo bono, quem debent ha-
bere Monachi. 275.

*Per zelum ad cælum Monachi cor tendat
anhelum;*

In Christo vitam noverit esse sitam.

LXXIII. De eo, quod non omnis justi-
tiæ observatio in hac fit Regulâ con-
stitutâ. 277.

*Hanc minimam faxis legem; nam sedula
praxis*


Ad majora tamen te citò ducet. Amen.

VIVat Io! sanCtissIMVs P. N. BENE-
DICTVs.

Menda sic emenda.

- Pag. 33. lit. e. pro *vel lege et.*
 p. 40. lin. 11. pro *l. X. lege l. i.*
 p. 56. lin. 15. pro *einm lege enim*
 p. 75. lit. b. pro *attingens lege attinges.*
 p. 85. lin. 11. pro *verè lege ferè.*
 p. 92. lin. antep. post *exceptis adde g.*
 p. 113. lin. ult. pro *quorum lege quocum.*
 p. 145. lit. i. lege *offendantur vel contri-*
stentur.
 p. 152. lin. 6. lege *prout.*
 p. 165. lit. o. pro *Antonius lege Antoninus.*
 p. 166. lin. 16. pro *terta lege tertia.*
 p. 170. lin. 1. pro *litatem lege becillitatem.*
 p. 180. lin. 11. lege *sub uno.*
 p. 195. lin. 10. lege *de potu.*
 p. 202. lit. e. lege *in confessu.*
 p. 206. lit. l. pro *donum lege domum.*
 p. 216. in fine adde: o) *Cap. 2. § 4.*
 p. 234. lit. m. pro *nulla lege nullo.*
 p. 245. lit p. pro *convincit lege convicit.*
 p. 253. lin. 11. pro *ac lege ad.*
 p. 258. lin. 2. pro *expedit lege expetit.*
 p. 266. lin. 5. lege *perfectionis.*

Cætera corriget prudentia Lectoris.





tri


us


em


5














51



Th

5006